

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

CONSILIVM PRO ILL.^{MO} COMITE HORATIO CARPINEO,

ET EIVS CASTRO CASTELLATIAE

in causa finium communis defensionis cum Castro Martiliani Serenissimi Magni Ducis Aetruriæ.



AVCTORE

PER ILLVSTRI, ET CELEBERRIMO *Iureconsulto Domino Gaspare Lotto Patricio Rauennate, suno Serenissimi Francisci Mariæ II. Feltrij à Ruere Vrbini Ducis VI. Senatore.*



CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.





MVTINAE.

Apud Ioannem Mariam de Verdis. M.DCI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Ego Frater Alb. Dielaitus Ordinis Carmelitari: de obseruantia Sac. Theolog. Doct. Bononiensis Studij Carmelitarum Bon. Reges, & concionator in Ecclesia D. Pauli Ferr. supradictum Consilium vidi, & diligenter legi, & nihil in eo reperi, quod Sacrosanctæ Fidei, aut Ecclesiæ dogmatibus aduersetur.

Ego Frater Albertus qui supra.

Visa approbatione suprascripta concedo quòd imprimatur.

Ego Frater Archangelus Calbettus de Recanato Inquisitor Generalis Mutinæ, &c.



Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Huius responsi est de finium qualitate, & forma, horumque cognitione, directione, manutentione, reintegratione, iustificatione, præscriptione, sententiarum, & aliarum dispositionum effectu, & deffectu, ac super his competenti Iudice.

Digitized by Google

INDEX
LOCORVM INSIGNIVM
RERVMQVE OMNIVM
RESPONSI
PERILLVSTRIS, ET
celeberrimi I.C.D. Gasparis Lotti,
Patricij Rauennatis.

Acquisitio.

Actio.

Actor.

Actus.

Affixio.

Amissio.

Antiquitas.

Instru-

Appellatio.

Approbatio.

Arbor.

Digitized by Google

Argumento.

Attestatio.

Attentata.

Bonum.

Cadauer

Digitized by Google

Cadauer.

Castrum.

Catastrum.

Causa.

Cautela

Digitized by Google

Cautela.

Citatio.

Com-

Ciuitas.

Clarum.

Clausula.

Collectæ.

Digitized by Google

Comparatiuum.

Concessio.

Confessio.

Digitized by Google

Confinia.

Conſenſus.

Conſuetudo.

Digitized by Google

Contradictio.

Contractus.

Contrarietas.

Copulatiua.

Digitized by Google

Corpora.

Correspectiua.

Correctio.

Custodia.

Digitized by Google

Damnum.

Declaratio finium.

Defensio.

Defectus,

Delegatio

Digitized by Google

Delegatio.

Demonstratio.

Denominatio.

Descriptio.

Dictio.

Digitized by Google

Dictio.

Dispositio.

Diuisio.

Diuisio

Digitized by Google

Documentum.

Dolus.

Dominium.

Digitized by Google

Dominus.

Ductus lineæ.

Duo

Digitized by Google

Duo.

Dux.

Effectus.

Digitized by Google

Electio.

Ens.

Enunciatiua.

Exactio.

Exigere.

Digitized by Google

Executio.

Exceptio, & retentio.

Exercitio iurisdictionis.

Extremum.

Falsitas.

Digitized by Google

Falſitas.

Fama.

Fictio.

Figura.

Fines.

Digitized by Google

Fines.

Asser-

Digitized by Google

Digitized by Google

Flumen.

Forma.

Digitized by Google

Frons terminorum.

Fundus.

Genitiuus.

Identitas rei.



Ignorán-

Digitized by Google

Ignorantia.

Impossibile.

Indiuiduum.

Industria.

Inſtrumentum.

Intentio.

Inter-

Digitized by Google

Interpretatio.

Inuaſio ſeu occupatio.

Iudex.

Iudici

Iudicium

Iuramentum.

Iurisdictio.

Digitized by Google

Ius.

Lapis.



Laudum

Digitized by Google

Laudum.

Lex.

Liber.

Linea.

Locus.

Malafides.

Medium.

Mortuus.

Digitized by Google

Minor.

Montes.

Natura.

Negatiua.

Nemo

Digitized by Google

Nemo.

Nomen.

Noſtrum.

Notorium.

Digitized by Google

Nullitas.

Obseruantia.

Occupatio.

Oppositum.

Ordo.

Pactum.

Pascua.

Pati.

Digitized by Google

Patientia.

Periculum.

Petitio.

Poſſeſsio.

Digitized by Google

Potestas.

Prouidentia.

Praescriptio.

Prae-

Digitized by Google

Præsumptio.

Primus.

Priua-

Priuatio.

Priuilegiatus.

Probatio.

Processus.

Productio.

Pronomen.

Protestatio.

Prouo-

Digitized by Google

Prouocatio.

Publiciana.

Qualitas.



Digitized by Google

Ratio.

Relatio.

Relatiuum.

Regressus.

Res

Digitized by Google

Res.

Res iudicata.

Refer-

Digitized by Google

Reſeruatio.

Reſolutio.

Reſtitutio.

Digitized by Google

Riuus.

Scientia.

Sciens

Digitized by Google

Sententia.

Digitized by Google

Digitized by Google

Sepulchrum.



Sequentia.

Syluæ.

Singularis.

Solum.

Species.

Digitized by Google

Status.

Stylus.

Stipulatio.

Subdelegatio.

Subditus.

Sub-

Digitized by Google

Subrogatum.

Successor.

Superlatiuum.

Tempus.

Terminus.

Digitized by Google

Terminus.

Territorium.

&

Tertius.

Testis.

Titulus.

Transactio.

Turbatio.



VA-

Digitized by Google

Varietas,& diuersitas.

Vectigalia.

Verba.

Digitized by Google

Verisimi-

Verisimilitudo.

Via.

Vicinus.

Villa.

Victor.

Vir.

Vltimus.



Vniuer-

Digitized by Google

Vniuersitas.

Vtile.



Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Huius responsi est de finium qualitate, & forma, horumque cognitione, directione, manutentione, reintegratione, iustificatione, præscriptione, sententiarum, & aliarum dispositionum effectu, & deffectu, ac super his competenti Iudice.



Digitized by Google

OMNIPOTENS NVMEN
Supplex tua numina posco.



VEMADMODVM optimus medicus prius locum affectum, ac totius corporis cõstitutionẽ & habitum, móx ægritudinis causam noscere perquirit: deindè theorematibus veris, & relatione adfinẽ vtilibus, iactisque fundamentis consentientibus salubri medicamine excogitato, curationem adhibet: ita eadem methodo ad tollẽda finium iurgia orta inter vniuersitates Castellorum Sancti Sixti ditionis tunc Comitum Plani, & Planani Meleti, nunc Ecclesiasticæ ex vna; & Martiliani ditionis Serenissimi Magni Ducis Hetruriæ, ac Castellatiæ Illustriss. Comitis Horatij Carpinei partibus ex altera, vtendum fore
1 operę pretium esse censui, cum in his † dirimendis, iudex in rem pręsentem se conferre, idque describi in actis vna cum positione loci, & terminis in figura finium repertis, ac etiãipsius loci positionis, exemplar pingi curare, & demum causam decidere debeat ad trad. per Hieron. de Monte de fini. reg. auctoritate Put. Abb. & Paris. in cap. 31. pro totum

Digitized by Google

l. si irruptione §.ad officium ff.fin. reg. l. si quis C. eo.tit. Pur. definib⁹ feu.c. & aduertẽdũ nu.4. Abb. in c. quid iudicante n. 6.de appella.Parif.cõf.104. n.38.vol.1.proindè loci cõtrouersi positionẽ ipsã primitus describã:indè controuersię super eo exortę causam subnectam. postremò:cuinam ex ipsis partibus sit perpetuum silentium imponendum iuribus rationibus, & auctoritatibus in medium proferam.

2 locus igitur huius controuersię † principiũ habet in situ nuncupato Vallis preti: ad quem perueniũt absque vllo discrimine confinia, seu termini, diuidentes territoria Frõtini Serenissimi Ducis Vrbini & Castellatiæ; nec non eiusdem Frontini, & Sãcti Sixti :progressum verò prætensum pro parte Sancti Sixti ab ipsã Valle vsque ad angulum fortilitij Saxi Simonis Serenissimi magni Ducis Hetruriæ Carpineum versus, respicientem distantia tabularum tercentum, & quinquaginta,proparte verò Martiliani & Castellatiæ ab eadem Valle vsque ad locum appellatũ Sertaplani Vallium, distantis tabularum ducentum quinquaginta, sequendo lineam aliorum terminorum in figura finium in medio existentium: nempè procedendo ab ipsa Valle ad Podium Antigulæ, seu Antiatę, distans ad ipsa Valle tabulis quadraginta septem, subquo adest terminus lapideus,

deus, ibi positus propè pirum radicatam: & indè ad locum nuncupatum infimum Martiliani, vbi adest alius terminus lapideus propè quandam viam in figura finis positus, distans à Podio prædicto tabulis Octuaginta septem: & ex hoc ad flumen, seu riuum Siminiei distantem à dicto loco infimi Martiliani tabulis triginta, vbi adest alius terminus in figura finis positus: & ex indè ad locum Planiuallium à prædicto termino distante tabulis octuaginta quinque, vbi alius itidem terminus lapideus reperitur in forma positus: finis autem dicti loci controuersi est à prędicto angulo Saxi Simonis, vsque ad dictum locum Planiualliũ tabulis centum septuagintaquinque: & quicquid intra easdem lineas triangulum ferè ęquilaterum constituentes continetur, dicitur in hac finium regundorum controuersia comprehendi; cętera confinia, & alia tàm circa qualitatẽ loci, quàm aliorum illi cõtiguorum ne superuacuó membranas occupem: cum expositione eorum depicta, descriptione àme suo loco facienda dignosci poterint, consultó pręteream.

3 Causæ modò † huius iurgij fuerunt, & sunt verba vltimi finis terminationis factę inter Sanctum Sixtum, & Frontinum annó 1413 quę illinc post annos septuaginta, & vltra hęsitare fecerunt, num dic-

tùs vltimus terminus cenſeri debeat. Saxũ Simonis vt prętendunt homines Sancti Sixti, cum verba prędicta dicant, quòd à Valle preti procedatur in ſiluas Simonis vulgò nuncupatas, le ſelue del ſaſſo di Simone, & per dictas ſiluas ad dictũ ſaxum ſiluarum Simonis: vel potius Podium Antigulæ, vt prætendunt homines Caſtellatiæ vigore antiquioris terminationis factæ ab hominibus eiuſdem caſtri, cum hominib⁹ caſtri Martiliani, anno 1399. menſe Februarij: in qua termini lapidei poſiti fuerunt in figura finiumin locis vbi et nuuc reperiuntur, inter locum Vallis preti, & Plani vallium, ac etiam virtute alterius terminationis eodem anno factæ menſe Iulij inter Caſtra prędicta Martiliani, & Sãcti Sixti: in qua dimiſſa parte ſuperiori, vt ſuprà, per quinque, vel ſex menſes terminata inter Caſtellatiam, & Martilianum fuit poſitus primus terminus in loco nuncupato Turris peſchi exiſtente in proſpectu d. loci Vallíſpreti: & ab ipſa Valle, & Podio Antigulæ parum diſtante: nec non vigore itidem alterius terminationis per ſententiam Iudicis factæ inrer Caſtellaciam, & Frontinum anno 1376. & ſic antè omnes alias terminationes, in qua vltimus terminus fuit poſirus in dicto loco Vallis preti, & pars ſuperior fuit dimiſſa ipſi Caſtel

latię

latię, nam ambæ partes prętēdunt ex dictis suis iuribus principaliter deductis, & alijs adeorum roborationem allegatis, & propositis supradicto loco bonum ius fouere, id circo diligenter discutiendum erit, quænam earum iustius arma induat.

Rem igitur ipsam aggrediēdo inquam primo aspectu videri iudicandum fore ad fauorem sancti Sixti expluribus. Primò nempè, & principaliter exdicto inst. finiū inter homines sancti Sixti, Frontini facto anno 1413. dum in eo habetur, quòd discedendo à Valle preti procedatur per rectum in siluas Simonis, & per dictas siluas ad saxum siluarum Simonis, ex quibus tria videntur elici posse, quòd s. saxum Simonis sit assignatum pro vltimo termino inter prima Castra. Secundò quòd addictum saxum debeat procedi per rectum à termino Vallispreti. Tertió quòd ductu talis lineæ per rectum à Valle ad saxum necessariọ perueniatur ad illām partem saxi quę est directa, & vlterior versus Carpineum, & Castellatiam, ita vt dicta pars verificari videatur pro vnico, & vero confinio inter sanctum Sixtum, & Frontinum, supponendo, quòd siluæ Simonis tunc extarent, tàm vltrà riuum siminei versus saxum Simonis, quàm citrà dictum ri
4 uum versus Martilianum nam cum confinia † designen-

ſignenť lapidibus, foſsis, vijs, & ſimilib⁹ ſignis mul
tum apparentib⁹, vt per Bal. Conſ. 420. num. p.
& 68. in prin. libro primo & quilibet pes terrę faciat variare fines, abſurdum videť dicere, quòd ſiluæ fuerint nominantæ pro termino, & fine, cum in
5 his ſoleat apponi Arbor † præcipua aliquo ſigno notata, ad trad. per Hier. de Monte de fi. reg. cap. 19. nu. 3. vſquę ad finem, & conſueuerint in arbore huiuſmodi magnæ Cruces, literæ, vel alia ſigna minus fallatia terminum denotantia incidi, vt per eundem Mont. in capi. 17. numero 5. cum ſeq. qui in eiuſdem locis proximè citatis poſt Aggenium Vrbicum, in c. Tholedos in Commentario Tuliũ Trantinam in c. ſuſcepimus pagina 175. de controuerſijs, & Pariſ. deput. in c. 1. num. 20. & 21. & in c. quando fiant num. 8. d. fin. feud. docet lapides poſitos pro terminis debere eſſe immobiles vel mobiles cũ duob⁹ paruis lapidib. affixis ab utro que latere teſtib., ſeu Iudicib. appellatis, & cuius qualitatis Arborem, & quib. ſignis, & in qua parte notata eſſe debere, idque dignoſcitur exſtito, & modo obſeruato in alijs terminis præcedẽtibus, qui maxime eſt attendendus l. ſi ſeruus plurium §. fin. ff. de leg. primo, & eſt doct. Bart. com. recepta in l. centurio col. 9. verſi. vel quòd ſi in præcedentis

ff. de

ff. de vulg. & pupil. Paris consf.79.num.17. & 19. lib.3. Craurt. consf. 231. num.12. socin. iun.consf. 186. num. 2. lib. 2. & Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.6. tit. 13. num.10.& lib. 3. tit. 9. num.3.
6 & nõ est nouũ, quòd † verba pręcedentia declarẽt sequentia, & è contra, vt per Doct. in d.l. si seruus plur.um, & Alba consf. 62. sub num. 39. & Natta consf. 62. sub num. 44. infi.& passim Doct. Nam fuerunt positi circiter viginti termini sub hac expressione terminus, circumscribendo illum magna cum distinctione, & claritate, quod non reperitur factum in istis siluis, sic indifinitè appositis absque aliqua prorsus restrictione, & partes ipsę semper vsę sunt pręopositione ad, non autem, in, dicendo procedatur ad terminum immissum, & apparentem &c. ad talem locum &c. quẽ protermino &c. non autem in tali loco, vt dixerunt in siluas; & pariter vsę sunt dictione, exinde, quando intellexerunt discedere ab aliquo termino: sed in proposito dixerunt discedendo, procedatur in siluas: & per siluas procedatur ad saxũ, ergo non siluas pro termino acceperunt: sed pro demonstratione vię, per quam deberent progredi per rectum á valle preti ad sa-
7 xum Simonis, quòd autem † demonstrationis gratia fit, non habet limitare, nec restinguere dispositionem

tionem

tionem l. quidam testamento in prin. ff. de leg. 1. not. Bart. in leg. inter stipulantem §. sacram ff. de verborum obligat. Purp. cons. 473. in 3. dubio num. 11. libro secundo, & Bart. in l. cen turio col. vndecima versiculo sed quid dixi. ff. de vulg. tradit, quòd verba in dubio censentur appo sita demonstrationis gratia Dec. cons. 324. colu. prima versiculo quartò facit. Cœphal. cons. 137. num. 37. libro primo & Deci. cons. 94. num. 9. l. paulo callimaco. §. fin. ff. alim. & cib. leg. Cas tr. cons. 338. num. 3. leg. fin. §. titia ff de lib. leg. Bart. in l. cum pater. §. mensæ num. 8. ff. de leg. 2. Rom. cons. 343. col. 3. Corn. cons. 31. num. 14.
8 vol. 3. Crau. cons. 214. num. 6. cum † igitur ista qualitas per rectum capi debeat non solum à Valle preti ad siluas; verũ etiã continuatiuè ad saxum, ita ut veniat repetita qualitas per rectum in omnibus consistentibus in eadem oratione, iux. trad. à Bart. in l. seiæ, §. Caio. ff. de fund. Instr. & in le. Caio seio. ff. de alimentis, & cibarijs legatis. Ripa. in cap. ex parte num. 46. extra de rescript. Signorol. cons. 69. num. 17. cumque instrumenti verba sint hæc, & ex indè discedendo procedat per rectum in siluas, & per dictas siluas procedatur ad saxum, dicendum videtur quòd tota ista

clau-

claufula eft vnica tantum ratio : quæ regitur ab il-
9 lo repetito verbo procedatur, quo † cafu in illius dictionis copulatiuæ, & dicendum eft fuiffe omnia vniformiter copulata ad not. in l. iam hoc iure ff. de vulg.& pupil.vbi Caftr. Alexander & alij, & in l. quamuis C. eo. Anto. Crot. confilio 4. num. 44. & conf. 100. num. 22. Rol. à Valle conf. 74. num. 9. vol. 2. Bero. conf. 76. num. 66. vol.
10 1. & conf. 131. nu. 2. vol. 2. † Nam peculiarius, natura illius dictionis eft qualitatem præcedentis copulati, copulato fequenti communicare, Soc. iun. conf. 104. num. 11. lib. primo, Neuiz. conf. 12. num. 16. Iaf. conf. 228. numero 2. lib. 2. Curt. iun. conf. 3. num. 5. lib. primo, & 115. num. 16. lib. 2. Gabriel. conf. 22. num. 9. & Hipp. Rimin.
11 conf. 60. num. 27. lib. primo, † ad quod facit illud pronomen, dictas, quod eft relatiuum, & folet referre præcedentia cum omnibus fuis qualitatibus, l. affe toto, ff. de hære. inft. Fanut in tract. de inuent. poft fin. in addit. fol. mihi num. 322. & quòd qualitas addita vni ex copulatis in eadem oratione cenfeatur repetita in alio, vbi in vtroque poteft verificari, tradunt Bald. in l. quamuis, C. de impub. Deci. in l. 2. §. creditum nume. 18. ff. fi cer. pet. & conf. 92. num. 2. Soc. in l. 1. colum.

Digitized by Google

2. in prin. ff. de verb. obligationibus, Parif. confi 18. nume. 23. volum. 2. Crauet. confi. 9. nume. 25. Ruin. consil. 15. num. 8. volum. 1. & consil. 120. num. 6. volum. 3. Rimin. Iun. Inst. de donat. in prin. num. 1278. Burs. cons. 84. num 21. per rectum autem procedendo ad Vallem Preti ad saxũ Simonis; certum est, quòd si trahatur cordula secundum intentionem Bart. ducetur linea ad angulum dicti saxi respicientem versus Carpineum, tamquam viciniorem, & erit iuxta theoricam Euclidis in propositione 27. lib. 1. quem de intentione Iurisconsultorum refert, & sequitur Bapti. Aym. in tract. de aluuio. lib. 3. capit. 1. nume. 19. cum seq. & clarius explicauit prædicta mediante figura in cap.
12 5. eo lib. vbi dicit † ductum lineæ indirectum ad aliquam rem esse ductum perpendicularem, siue ad rectos angulos: ductus autem perpendicularis erit, si constituta linea latitudinis super puncto, qui in proposito erit terminus Vallis preti ducatur linea recta à termino ad quem, ad dictum punctum, ita quòd remaneant anguli vtrinque æquales: quod profecto non videtur posse aliter contingere nisi a dicta parte saxi vlteriore versus Carpineum dicta linea ducatur ad dictum terminum Vallis: alias anguli recti effici non possent super puncto, si duceretur

retur ad partem saxi versus Martilianum, & quamuis linea recta esset, nõ tamen diceretur esse ducta per directum: nec perpendiculariter, sed per obliquum, & anguli non efficerentur recti contra voluntatem diuidentium, & Doctorum interpretationes vt declarat dictus auctor: & videtur esse de mente Bart. in l. si is qui pro emptore numer 8. vers. hoc etiam videtur ff. de vsucap. refert, & sequitur Cephal. cons. 77. num. 12. lib. 1. ita vt videatur res Clarissima absque eo, quòd possit esse locus coniecturis vulgata l. continuus §. cum ità ff. de verb. oblig. cum simil.

Secundò principaliter videtur posse allegari pro fundamento intentionis Sancti Sixti sententiam latam à Domino Ioanne de Carpo, tunc & Episcopi Fanensis Vic. anno 1489. contra vniuersitates Sextini, Martiliani, & Castellatiæ, Illustri quondam Domino Ioanni Comiti Carpinei, intimatam
13 † ob id in iudicatum transactam, quò ad consultationem de re Iud. cum in ea declaratum fuerit omnia loca vulgo nuncupata Montale, Bozzaccare, Antiata, Rancoradi, Simone, Fõte de ladroni, Poggio dell'Antigola, Vaglitiolo, Scala di Simone, & Siminieco esse de Curte, & territorio Sancti Sixti: quæ quidem loca, cum pro parte sint situata inter

dictum Saxum, & Vallem Preti, incipiendo ab angulo prædicto eiusdem Saxi necessariò videtur se-
14 qui, quòd de illis sint intelligendum ad † hoc vt quicquid est intra fines dicatur esse de iuribus rei confinatæ, iuxta trad. per Bart. in Rub. C. de contrahend. emptio. quæst. 22. & in l. insulæ, ff. de iud. Dec. consil. 112. ad fin. Crauet. consil. 154. numero 9. lib. primo, & 434. numero 6. lib. 3. Bero. consil. 156. numero 5. libro 1. Hippol. Riminal.
15 consil. 226. colum. prima, lib. 2. † quæ quidem sententia ob transitum in iudicatum pro veritate habetur l. res iudicata, ff. de regul. iur. Curt. iun. consil. 97. numero 2. Roland. à Vall. consil. 98. numero secundo, & libro secundo, & præsumitur rectè lata cap. cum inter de re iud. Alexan. consil. 65. numero 12. libro 4. consil. 164. numero 4. libro 6. nec aduersus eam admittenda est probatio in contrarium Bartol. in l. Iulianus, ff. de cond. indebit. Bald. in l. filium quem habentem, C. familiæ herciscundæ Viui. in suis commu. opin. in verbo sententia Iudicis. Immò facit de nigro album, & de albo nigrum, falsumq; mutat in uerum, quò ad effectum, vt scribit Bald. in cap. in præsentia, extra de probat. quem sequitur Curt. iun. consil. 67. num. 13. Crauet. consil. 29. colum. prima, libro primo, Rolan.

ſan. conſil. 6. numero 17. lib. 3. & demum facit ius de non iure, l. ingenuum, ff. de ſtatu hom. Soc. iun. conſil. 70. numero 7. lib. 3. quod maximè foro cedit in ſententia de antiquo. Alexan. conſil. 22. numero primo, libro ſecundo, & Gramma. deciſ. 24. numero 8. & ſequen. & poſt eos Gabriel in ſuis commun. concluſ. tit. de ſentent. concluſ. 4. numero 34. vt eſt d. ſententia, cuius probationis tempus excedit annos 90. & vltra.

Tertiò principaliter videtur facere ad fauorem hominum Sancti Sixti inſtrumentum diuiſionis factæ inter ipſos, & vniuerſitates Riparſanę, & Sextini anno 1491. in quo verba videntur plenè indubitabilia: dum dicitur, quòd incipiendo ab vlteriori parte ſaxi Simonis aſpiciente verſus Carpineum, ſeu directa illa pars habeatur pro primo termino: ita tamen quód totum ſaxum Simonis de-
16 beat eſſe liberum Sextini, & Riparſanæ: & † cum verba ſint clara non videtur admittenda voluntatis quæſtio, l. ille, aut ille. §. cum in verbis, & l. non aliter. ff. de leg. 3. not. in l. 3. C. de lib. pręt. & per Aemil. conſil. 103. numero 5. nec videtur refragari, quòd pars vlterior, & pars directa dicti ſaxi, vt dicunt verba inſtrumenti non poſſint verifi-
17 cari in dicto Angulo ſaxi, ea ratione, quia † compara-

paratiuum præsupponit superlatiuum, capitul. nisi de renunc. not. Ioan. And. in capit. cum dilecti per illum text. in vers. digniores, de elect. Abb. in cap. peruenit, il secondo, de iureiuran. per illum text. in versic. melius. Salyc. in l. prima, in gloss. melius, C. de senten. quæ pro eo Dec. consi. 184: numero 6. Corn. consil. 102. numero 10. volum. 1. Riminal. iun. consil. 245. numero 27. volum. 3. quod non datur in dicto saxo, cùm nullus alius angulus in eo reperiatur: qui respiciat Carpineum, & possit seruire pro superlatiuo, vt videtur neces-
18 sarium, † cum comparatiuum sit medium inter positiuum, & superlatiuum, l. vbi autem, ff de verborum obligationibus, l. qui lancem, ff. de aur. & argen. l. Euerar. in eius loc. top in loco à compara. supponitque pluralitatem terminorum Saly. in l. prima, numero 3. C. ad l. Cornel. de sicar. & Dec. in l. stipulationum quædam, ff. de verborum obligationibus, vt dicitur etiam de illo verbo directa: quia respectu sextini, Riparsanæ, & Sancti Sixti non potest dici directa pars: quoniam ad hoc videtur posse replicari, quód illa verba debent intelligi, de illa parte, quæ magis vltrò, & vicinior Carpineo existat: & quæ directa, idest respiciens versus Carpineum; & insuper non esse verum,

rum, quòd comparatiuum supponat superlatiuum: sed bene verum est, quod ipsius natura est, relinquere formam positiui in extremo vt tradit Bartol. in l. legata inutiliter, numero secundo, ff. de legat. primo, Bald. in l. possessionem, versiculo considera etiam, C. de probat. non tamen semper retinet ipsius naturam: quia aliquando pro positiuo, & positiuum pro comparatiuo ponitur l. vnica, vbi gloss. in verb. melius, C. de sent. quæ pro eo interest. & ibi Cagnol. nume. 81. quod maximè procedit vbi comparatiuum adijcitur vni tantũ subiecto, iuxta distinct. Saly. ibi colum. quarta, adeo quòd illa dictio vlterior videtur intelligenda, idest vltrò: ita vt omnino excludatur alius an-
19 gulus saxi versus Martilianum, cùm alias † comparatiuum inductum ad excessum positiui authen. multo magis de sacrosanct. eccles. Bald. in l. præsentes, colum. prima, C. de test. Aemil. consil. 63. numero secundo, cum sequent. operaretur diminutionem contra l. si mancipia, ff. de fundo instructo, & l. legata inutiliter, ff. de adimendis legatis, Natta consil. 373. numero 22. & consil. 63. numero sexto, quinimmò nisi verba prædicta verificentur in angolo prædicto, vel viderentur sine effectu, contra l. si quando, de legat. primo, vel opera-

operari effectum contrarium menti diuidentium contra notata in l. si quis nec causam, ff. si certum petat. Dec. consil. 386. colum. 3. Menoch. consil. 86. numero 3. & Hippol. Rimin. consilio 487. num. 70.

Quartò videntur facere ad fauorem Sancti Sixti, plura instrumenta emptionum, & venditionum inter diuersas personas factarum de pluribus bonis positis in locis expressis in sententia Vicarij Fanensis: in quibus enunciatus eadem loca esse de
20 territorio Sancti Sixti, cum sint antiqua † si quidem verba enuntiatiua in antiquis probant, etiam quò ad alias personas. Alber. Bald. Salyc. Castr. Alex. & Ias. & alij in l. cum aliquis, & ibi etiam Barbat. in additione ad Bal. C. de iur. deliberan. Alex. consilio 88. numero 11. libro 5. Corn. consf. 171. numero 3. libro primo, Soc. cons. 166. sub numero secundo, lib. 2. qui testatur hanc esse communem conclusionem; hoc etiam tradunt Doct. in c. cum causam, de probat. Dec. consi. 42. in 2. dub. Parif. consi. 104. numero 50. libro primo, Siluan. consil. 57. sub num. 12. Pancirol. consil. 48. num. 9. & alij relati per Montanum de fini. cap. 60. numero 3. & per Hippol. Riminal. consil. 337. num. 8. vbi de communi, etiam attestatur, & quòd verba

enun-

enunciatiuè prolata in instrumentis antiquis probent confinia tradunt glos. in cap. si Papa, in ver. prolata, de priuil. in 6. Guido Papæ consilio 88. numero secundo, Brun. consil. 34. numero 3. Ias. consil. 81. colum. 2. versic. sic in simil. libro 1. Socin. Sen. consil. 86. numero secundo, libro 1. Menoch consil. 147. numero 3 4. & 11. libro 2. & in primo responso causæ final. numero 219. Castrens. consil. 81. in fine, volum. 2. Afflict. decis. 245. numero quarto, Cephal. consil. 458. numero 45. volum. 3. Galeottus Auasinius in suis Allegationibus in causa fin. reg. & Mich. Grass. lib. commun. opin. capit. 5. quęst. 4. nec videtur opus diuisione, num duo instrumenta probent, vel debeant esse plura, de quo per Grauet. de antiq. tempor. part. 2. princ. in 4. sessio. numero 9. Corn. consil. 171. numero 10. libro primo, Soc. Iun. consilio 194. numero 9. libro secundo, & Ruin. consilio vltimo, numero 14. libro quarto: quia videntur extare circiter quindecim instrumenta antiquissima metam centum annorum excedentia, si quidem secundum
21 magis † receptam opinionem tempus centum annorum dicitur antiquum, vt per plures relatos à Menoch. in tract. de arbitr. iud. libro secundo,

C casu

Digitized by Google

casu 3. numero 6. & censuit Mont. de fini. cap. 70. numero 3.

Quintò videtur facere pro Sancto Sixto, quòd instrumentum diuisionis, vt supra factæ inter Frōtinum, & Sanctum Sixtum anno 1413. fuit productū, in causa differentiæ alias versæ inter Frontinum, & Castellatiam, vt dignoscitur ex instru-
22 mento sententiæ arbitralis factæ anno 1504. † ex qua productione censetur approbatum, & emologatum, ex comm. opin. Doct. de qua per Osasc. decis. Pedem. 38. & seq. quod procedit, non solū circa ea, quæ principaliter, sed etiam incidenter dicta sunt in instrumento, vt per Crauet. conf. 177. nu. 8. & Cęphal. conf. 77. nu. 11. libro primo, & de confessione resultante ex productione instrumenti tradunt Bald. in l. cum precum, numero 3. per textum ibi. C. de lib. causa. Goza. consilio 42. numero 9. Rom. consil. 63. in fine, Dec. in l. 2. numero 6. & 7. C. de inst. & substit. & consilio 558. numero 7. Soc. Iun. consilio 97. numero 19. lib. quarto, Ruin. consilio 64. numero 4. libro 4. Mascar. de prob. conclus. 915. Simon de Pret. consilio 115. numero 74. Cęphal. consilio 369. numero 26. libro 3. Rolan. à Valle consilio 2. numero 116. libro 1. Geral. Mazzol. consilio 111. nu. 26.

nu. 26. Hondedeus latè consilio 52. numero 29. & consilio 66. numero 13. & 14. volum. 1. & passim scribentes, quod cum semel approbatum fuerit, amplius reprobari non potest Bartol. in l. Pomponius la 1. colum. quarta, ff. de negot. gest. Dec. consilio 664. numero primo, & passim hoc.

Sextò itidem facere videtur pro eodem castro scientia Comitis, & hominum Castellatiæ, quæ præsumitur habita de prædicta terminatione facta inter homines Sancti Sixti, Riparsanæ, & Sextini,
23 vt potè resultans ex vicinitate, † quę cum diuturna patientia, & taciturnitate consensum infert Bald. in l. si filius, C. de pet. hęred. Angel in l. aliena. in princ. ff. de acquir. hęred. quos sequitur Ias. in l. quę dotis, numero 85. ff. solu. matr. facit l. cum post, ff. de iure dot. tradunt Rom. consil. 271. versic. tertio. Castren. consilio 347. libro primo, in fine, Crauet. consilio 293. numero 15. libro secundo, Francisc. Bec. consilio 6. numero 15. Hondedeus consilio 91. numero quarto libro 1. nec decennalis tantum patientia intercessisse videtur, quæ satis fuisset, vt tradunt Doctor. in d. l. si filius, cum alijs, quos recenset Crauet. de antiq. temp. part. 3. in princ. num. 13.

Ruin. conſilio 23. numero 17. verſic. nec etiam libro 5. & Iaſ. conſilio 140. numero 6. libro 4. ſed per annos 60. & vltra tacuiſſe videntur Comites de Carpineo, abſque eo, quòd contrauenterint d. confinia: quò fit vt cenſeantur omnia approbaſſe: nam plurimum operatur obſeruantia
24 tanti temporis † vt tradunt Dec. conſilio 49. colum. 2. verſic. ſecundum prædicta, & 441. numero 13. Rom. conſilio 71. colum. 2. verſic. non eſt dubium Crauet. conſil. 19. numero 11. & conſilio 158. numero primo, Menoch. conſilio 21. numero 15. & Alciat. de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 30. numero ſecundo, ex hac enim obſeruantia videtur ſublata exceptio contra dictum inſtrumentum: eo quòd in eo fuerit dictum, ſine præiuditio intereſſe prætendentium iuxta tradit. per Socin. Iun. conſilio 181. numero 59. libro ſecundo, ad hoc faciunt not. per Gozad. conſilio 11. & per Cephal. conſilio 772. numero 5. & 18. libro 5.

Septimò, & vltimo videtur poſſe fundari intentio Sancti Sixti ſuper alio inſtrumento arbitralis ſententiæ latę anno 1504. inter homines Caſtri Frontini, & ipſoſmet de Caſtellatia, & Comitem Ioannem eorum Dominum in materia fi-

nium,

nium, quatenus in ea habetur; quòd confinia Ducis Vrbini se extendunt vsque ad saxum Simonis: sic etiam volente, & expreßè consentiente prædicto Comite Ioanne: quò verò ad interesse eorundem hominum declaratur vltimus terminus cum Frontino in loco Vallis Preti: ita vt á dicto territorio versus Castrũ Castellatiæ, & supra vsq; ad saxum prædictum sit, & esse intelligatur curiæ Castellatię, cũ pacto tamen, quód habeat persoluere certum pretium quotannis ipsis de Frontino; ex hoc.n.instrumento tria videntur posse colligi, nempè quòd Castrum Frontini se extendat cũ suo confinio ad saxum Simonis, secundum quòd eundo Castellatia à Valle Preti, vsque ad saxum debeat ire versus castrum Castellatiæ, alias videtur egredi suum terminum, qui ab illa parte in dicto instrumento restringitur: Tertium quòd cum d. pars saxi Simonis censeri videatur terminus inter Sanctum Sixtum, & Frontinum ex superius deductis: imposſibile videtur quòd Castellatia, quæ est ab alia parte posſit iustè contendere de finibus, cum hominibus Sancti Sixti Frontino existente in medio, quia appellandi sunt potius termini, quàm confines, vt inquit textus in l.4.§. fin. & ibi not. glos.ff. fini.reg. fines enim

dicuntur


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

dicuntur immediati non mediati, vt tradit post Bald. Riminal. iun. consilio 397. numero 12. libro quarto, ita vt inter eadem castra videatur cessare finium regundorum judicium, cum hoc dirimat tantum lites, vbi est finium quasi communio, vt not. in glos. in rubrica C. eod. titu.& in l. ex hoc iure in verbo termini de iustit. & iur. Mont. de fini. cap. 2. numero 10. & tradit Mazzol.consilio 4. numero 99. & quatenus confinarent in simul, hoc esse videtur ex causa d. concessionis sibi factæ ab hominibus Frontini mediante d. annua. solutione absque eo, quòd videatur acquisitum aliquod ius Castellatiæ, super loco controuersiæ prædictæ, cum Frontinus nullum vnquam ius actu, vel habitu habuerit inde, & su-
26 per huiusmodi territorio contrauerso,quò fit, † vt etiam nec in alium transferre potuerit, l. traditio.ff. de acquiren.rerum domin. l.nemo plus, ff. de regul. iur. cap. nuper. de donat. inter vir. & vxor. Alex.consilio 19. numero 14.libro primo,
27 Burs. consilio 11.numero 44. libro primo, † subrogatum enim debet sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur, l. si eum,§.qui iniuriarum, ff. si quis caut. & l. creditor. in princ. de actio. emptio. vbi Bartol. & Castren. quos sequutus est

Eue-

Digitized by Google

Euerard.in cent.leg. in loco à subrogatis, versic. hinc etiam

Ceterum prædictis omnibus non obstantibus contrarium verius esse censeo ex pluribus, & efficatioribus rationibus præsertim inferius dicendis, & licet prius iura possessionis, deinde proprietatis regulariter deduci debeant in iudicio finium regund. l. 3. C.fin. regund. Hier.de Mont. de fin. regun. cap. 30. Natt.consilio 672.numero primo, & Bero. consilio 77. numero 11. & 12. volum. 3. contrarium tamen seruabo hoc in casu, cum iura possessionis pro Castellatia, & Martiliano modicam, immò nullam controuersiam patiantur, cumque homines Sancti Sixti principaliter deducant iura proprietatis, cumque denique vti probationes possessionis vtriusque partis sunt pares, probans de suo dominio, & titu. obtinere debet ex eo, quòd apparet suam possessionem esse iustiòrem, vt tradit Bartol. in l. naturaliter, §. nihil commune, colum. 2. sub numero primo, versiculo in vno tamen casu, & sub numero 3. versiculo aut non perfectè constat ff. de acquir. possess. in princ. colum. 2. sub numero quarto, versiculo sed si vterque, ff. vti possidet. vbi dicit omnes hoc tenere Bald. consilio 420. numero 8. volum. 1.

&

Digitized by Google

&.conſilio 445. nume. 11. volum. 5. dicens quod non conſtito quæ nam poſſeſsio ſit anterior, & vnus habet titulum ille venit tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, & Iaſ d. §. nihil commune, numero 3. verſiculo ſubdit Bartol. ſubiungens hanc Bartoli deciſionem eſſe bene notandã Rub. Alex. atteſtans de communi in d. § nihil commune, numero 176. verſiculo quinta colligitur concluſio. & ibi Claud. Marmer. numero 41. atteſtans de magis communi opinione Ruin. conſilio 92. in hac cauſa confinium, numero 11. volum. 4. Natt. conſilio 572. numero quarto, Dec. in capit. licet cauſa, vbi latè de materia tractant Doct. nume. 99. verſiculo quam & paſsim Doct. dico igitur iura huiuſmodi iura proprietatem ex pluribus conſtare. Primo ex terminatione, ſeu declaratione finium (vt dictum eſt) facta inter Martilianum, & Caſtellatiam menſe Februarij anno 1399. in qua pars vna loci controuerſi obuenit in portione Caſtellatiæ, & altera in portione Martilliani, vt dignoſcitur ex publico documento in forma probante exhibito continente, quòd fines territorij eorundem ſint Podium, Antigulæ, locus infimus, curię Martilliani, Siminieus, & ſerra Planiuallium, & territorium

vltra

vltra dictos limites versus Castellatiam esse eiusdem Castellatiæ quod quidem instrumentum so-
28 lum nullo † alio extrinseco probato ratione temporis antiquissimi ob lapsum centum annorum, & ferè ducentũ ex relatis in terminis à Michael. Graff lib. commun. opin. capit. 5. quæst. 3. plenè probat. cum sit directorium, non autem enunciatiuum, capit. cum causam, de probat. & ibi Bald. numero 6. idem tradit Bald. consilio 286. incip. Thema proponitur numero primo, & secundo, libro secundo, vbi interpretatur illa verba per libros antiquos contenta in d. capit. cum causam, vt comprehendat publica documenta: quem refert, & sequitur Brun. consilio 34. numero quarto, vbi numero sexto, dicit hoc procedere etiam contra tertium ad tradita per Bald. & alios in l. cum aliquis, C. de iu. delib. & Barba. & Socin. in locis ibi relatis Innocen. in cap. veniens, de verbor. signific. Dec. in cap. cum dilecti, numero 18. de appell. Alex. consilio 7. in fine, volum. primo, & consilio 183. numero 9. volum. 3. & consilio 104. numero 8. & 9. volum. 7. Curt. Sen. consilio 83. numero 24. Bertrand. consilio 107. & consilio 411. numero 6. volum. primo, Ruin. consilio 141. numero 2.

Digitized by Google

& 18. & consil. 161. numero quinto, volum. 5.
Crauet. consilio 46. numero terzo, volum. primo,
Afflict. attestans de commun. decis. 245. numero quarto, Schrader. consil. 32. inter consi. Doctor. Germanicorum, Mich. Grass. in libro 4. commun. opin. diuers. titu. de tabell. & fide instrum. numero 140. Menoch. consil. 147. numero 37. uolum. secundo, & quod instrumentum finium principaliter propter se factum in antiquis probet fines etiam contra tertium in terminis tradit Corn. loquens de diuisione facta inter duo Castra consil. 171. per tot. lib. primo, & illum refert & sequitur Aym. de antiq. temp. par. prima, sess. Ampliatur nunc memorata conclusio, nume. 7. & latè tradit Dec. consilio 42. in 5. dubio, numero 9. vers. cum ergo exeat, & producatur instrumentum, vbi hoc optimus rationibus comprobat, & idem de instrumento principaliter super finibus confecto in antiquis inducente veram probationem eorundem finium, etiam contra tertium post Bald. Angel. & Salyc. tradit Natt. consil. 672. numero 16. & 23. Idque suadetur ex eo,
29 quòd licet sit controuersum † num res inter alios acta, contra alios faciat qualem qualem presumptionem, vel semiplenam probationem; attamen opi-

opiniones pugnãtium inter ſe conciliantur, quòd in facto de recenti aliqualem præſumptionem: in antiquis autem ſemiplenam inducat probationẽ, vt tenet Aret. conſilio 15. col. 2. poſt medium, verſiculo & iſtud indubitanter. Curt. conſilio 73. colum. 3. verſicu. tertio reſpondemus. Iaſ. in l. ſi duo, colum. ſecunda, ff. de iureiuran. quos refert, & ſequitur Aym. de antiq. temp. par. 2. in princ.
30 numero 49. † quæ quidem ſemiplena probatio ſufficit ad probandos fines: vt poſt Bertran. Caſſan. Socin. & alios ad eo relatos tradit Hier. de Mont. in tract. de fin. regun. cap. 49. numero 6. cum ſeqq. vbi adducit optimam rationem diffi- cultatis probationis, ob quam probationes minus integrę admittuntur, cap. tertio loco de probat. & cap. illud de præſumpt. cum ſimil. ſeu dicitur etiam de verbis enuntiatiuis, propter aliud
31 omiſſis quæ, † & ſi in præiuditium tertij ſemiplenam tamen inducant probationem, vt tradit poſt alios Aym. de antiquit. temp. par. prima, ſeſſio, ampliatur numero 10. plenam tamen in materia probationis finium operantur iuribus, & auctoritatibus latè congeſtis à Monta. in dicto tract. de fini. regun. cap. 60. numero 3. cum ſeqq. vbi de commun. opin. ſcriben. atteſtatur, vt idem poſt

gloss. Felyn. Dec. Aym. Socin. Parif. Siluan. & Mont. tradit Bursat.consilio 235.numero 47.
32 Præterea † cum dictum instrumentum fuerit finium directorium, ex quo termini lapidei fuerunt erecti sub Podio Antigulæ, & alijs locis vbi supra inducit Notorium actu permanens vt per Bald.in d.cap. cum causam, numero sexto, & ibi Felyn. deprobat. quod quidem seipsum conseruauit, vt est de natura notorij facti continui ad tradita per Cap. in tract. de not. 5. membr.in princip. cum ibidem etiam nunc reperiatur vnus terminus lapideus: quo fit, vt ne dum respectu loci notorij, verum etiam lapidis censeatur esse isdem: & per consequens attendendus, absque
33 eo quòd præsumatur mutatus: si quidem † fines antiqui in dubio, non præsumuntur mutari, & illis standum est: vt est textus ad literam, in l. in finalibus, ff. fin. regund. & l.ij. vbi gloss. C. eod. titu. tradit Hier. de Mont. de fin. regun. capitu. 21. numero primo, & quanto sunt antiquiores, tanto efficatiores redduntur, ad not.in d. l. secunda, fin. regun. & tradita per Mont. d. cap. 21. numero 6. adeo quòd cum fines, de quibus in d. instrumento sint antiquiores finibus deductis pro parte S. Sixti preillis sunt attēdēdi iurib. predictis.

Insu-

Digitized by Google

Insuper negare non potest, quòd termini inter Martilianum, & Castellatiam fuerint positi
34 vbi supra anno 1399. † nam, & si regulariter res inter alios acta alijs non noceat, probat tamen, ita fuisse factum inter partes, vt post Castren. & Bartol. tradit Aym. consilio 65. numero 6. Castr. consilio 281. & consilio 240. libro primo, Bart. in l. 2. numero 12. C. de eden. & nedum instrumentum sic fuisse factum: sed etiam directionem
35 finium, † cum documento publico credatur in his, de quibus Notarius fert testimonium de visu, & ita factum quòd tunc celebrari potuerit, vt tradit Alex. in l. cum aliquis, C. de iur. deliber. Imo. & alij in capit. quoniam contra de probat. Bartol. in l. prima, C. de fide instrum. & sine hastæ fis. libro 10. Bald. in Rubr. C. de fid. instrum, nu. 2. Eugen. consi. 9. num. 29 & 31. Boer. q. 37. nu. 3. absq; eo quòd constet alios terminos prius fuisse limitatos: ex quibus plura inferrũtur, nempè quòd & si hęc non fuisset legitima terminatio, sed occupatio: nihilominus operatur, vt fines pręsu-
36 mantur esse eiusdẽ. † si quidem fines Castrorũ pręsumuntur esse illius, qui primò occupauit: vt in terminis dicẽs hoc esse mẽti tenendum, tradit Bal. de mente Inn. in c. cũ causam, sub n. 8. ver. item dici

Inno.

Innocent. quem sequitur Abb. & Fel. ibidem in fin. extra de probat. infertur praeterea quòd cum ijdem termini nunc inesse reperiantur, praesumatur pro praecedenti continuatione possessionis eorundem, cum probatis extremis media praesumantur, l. 3. §. si filius, ff. de lib. & posthu. Bald. in l. cum plures, numero 15. C. de cond. inser. Corn. consilio 126. numero quarto, volum. 3. & passim scriben. & per consequens dominium eorundem
37 esse praescriptione acquisitum † nam licet regulas fines Castri sint impraescriptibiles ex relatis à Michael. Grass. in tract. commun. opin. libro primo, cap. 5. quaest. 8. hoc tamen fallit vbi probari non potest, quòd antea à principe fines fuerint limitati: vt hoc in casu, haud est probatum: quia tunc praescriptioni locus est Abb. in cap. super eo. in fin. de paro. Mart. Laud. in tract. de Princip. quaest. 136. & Hier. de Mont. de fin. capit. 76. numero 19. praescriptioni vnquam triginta annorum inter vniuersitates, vt tradit Castren. consilio 457. incip. respondeo. in princ. volum. primo, & Hier. de Mont. de fin. cap. 74. numero 6. referens se ad dicenda per eum in cap. 76. vbi numero 2. & 4. autumat non fines territorij, sed quae intra fines existunt posse praescribi,

quod

Digitized by Google

quod etiam latius, & apertius explicat Balb. de præscript. par. vlt. versic. Decimus casus. vbi dicit concurrente bona fide præscriptioni locum esse vti de solo seu de fundo. iure proprietatis non ratione finium per text. in l. agros, C. de fin. limit. libro 11. & not. per Abb. in locis ibi relatis quod limitat nisi concerneret spatium temporis initij immemorabilis, vt ibi. versic. limita prędictam conclusionem, & idem de iurisdictione ac mero Imperio, contra Papam, & Imperatorem tradit post alios Balb. eod. tract. in 2. par. 4. par. princ. quæst. 3. numero quinto, & numero 6. dixit iurisdictionem contra alios inferiores à Papa, & Imperatore tempore Communi cum titulo, & bona fide posse præscribi, & etiam per non vsum quadraginta annorum amitti: quod intelligerem de inferioribus non habentibus iura Imperij, in sua dictione, vt habet Serenissimus Magnus Dux Aetrurię, de cuius interesse agitur vti Domini Castelli Martillianę cuius iura sunt Communia cum iuribus Castellatię respectu finium, de quibus agitur ex quo superiorem non recognoscit, teste Marzario consilio 26. numero 60. & seq. est, & sua interest habere pro confinę fortilitij saxi Simonis Comitem Carpinei potius quàm alios potentiores

tentiores præſertim cum omnia ad illam neceſſa-
38 ria interuenerint : † ſi quidem in actione finium regundorum , ad hoc vt præſcriptione tollatur primò requiritur conturbatio finium : quod dubio procul interueniſſe fatendum eſt , quatenus de alijs finibus dubium eſſet ex determinatione finium facta anno 1399. ab hac enim huiuſmodi præſcriptio initium habet , vt poſt gloſſ. Bald. & Par. à Put. tradit idem Mont. in d. cap. 74. num: ſecundo , gloſſ. in l. ſi irruptione , in verſ. abſtinere . & ibi Bald. ff. fin. regun. idem Bald. in l. fi. numero ſecundo , C. eod. titu. demum requiritur ſcientia , & patientia aduerſarij Alex. conſilio 23. incip. viſo proceſſu, volum. 5. Mont. de fini. Cap. 75. numero 12. & eſt textus in l. fin. ff. de ſeru. & in l. prima , & ſecunda , C. de ſeruit. & aqua, & hæc verificatur ex pluribus nempè ex dicto Notorio facti permanentis , vt ſupra reſultante ex directione finium lapideorum, etiā nunc in
39 eſſe exiſtentiū iuncta vicinitate locorum, † ſi quidem notorium in vicinia arguit ſcientiam Bartol. in l. prima , ff. de receptato : & paſſim ſcriben. & ex conuerſatione, quam habent homines Sancti Sixti in loco eorundem finium : vt ipſi profitentur expreſsè l. fin. ff. de decret. ab ord. facien.

Paul.

Paul. Castr. consilio 424. incip. ad primum quæsitum, respondetur colum. secunda, libro secundo, Alex. consilio 81. colum. secunda, libro 4. quos sequitur Aym. consilio 168. numero 6. & etiam ex vicinitate loci, & diuturnitate temporis, si quidem illinc ad menses quinque vel sex fuerunt positi termini inter Martilianum, & Sanctum Sixtum in loco inferiori vicino dicto Podio Antigulæ, vt arguit in terminis exercitij iurisdictionis Alex. consilio 23. colum. secunda, & consilio 94. colum. 6. volum. quinto, & idem tradit Aym. de scientia possessionis fundi consil. 148. numero quinto, & in terminis præscriptionis, actionis finium regundorum: vt scilicet præsumatur scientia, & patientia ex vicinitate temporis tradit Mont. de fin. cap. 75. numero 12. capitul. quosdam, & cap. quanto de præsumpt. cap. cum dilectus, de purg. can. l. si ita, in fine, ff de fundo instruct. Bart. & Doct. in l prima, ff. si cert. petat. Alex. consilio 23. numero quarto, libro 3. Hondedeus consilio 38. numero 30 & inf. num. 47. Crauet. consilio 271. numero 8. versiculo secundo arguit Paul. de Monte Pico, consilio 97. numero 124. tanto magis cum propè eosdem terminos intra breue tempus, vt dictum est, &

latius inferius dicetur fuerint ab eadem vniuer-
sitate Sancti Sixti positi alij termini nulla contro-
uersia facta de prædictis propter quod præsumi-
tur in facto tam notabili: & permanente scientia
ad tradita per Aym. consil. 74. numero secundo,
40 d. consil. 148. numero quinto, † ignorantia enim
non cadit in facto notabili, cap. quanto, de transl-
lat. prælat. cap. quasdam, & cap. quanto. de præ-
sumpt. cum simil. quæ tanto magis procedunt
cum agatur de præscriptione temporis imme-
morabilis in qua non requiritur scientia, & pa-
tientia alicuius, cum habeat fomentum a lege.:
& uim constituti, & priuilegij, cap. super qui-
busdam, §. præterea, de verborum signif. l. hoc
iure, §. ductus acquæ, ff. de aqua quot. & æsti.
tradit in terminis Mont. sequens Balb. & alios
ibi relatos, in cap. 77. numero 7. sicuti dicitur
de præscriptione longissimi temporis triginta
annorum, l. sicut, C. de præscr. 30. ann. l. fin.
vbi Doctor. C. de longi tempor. præscr. Capell.
Tholos. decis. 76. Corn. consil. 244. numero se-
cundo, & consil. 100. numero 3. libro quarto,
& consil. 191. numero octauo, libro 3. ubi de
communi testatur Castren. consil. 220. libro se-
cundo, & consil. 30. libro 3. Ruin. consilio 140.
nume-

numero 16. & consil. 139. numero 15. libro secundo, Balb. de præscript. 4. par. 4. par. princ. quæst. 28. Tiraq. de vtroque retractu tit. de retr. consang. §. 35. gloss. 4. numero 18. & sequen. Boer decis. 39. numero primo, Hondedeus consilio 83. numero 50. & dico tempus immemorabile cum territorium, in hac parte possideri inceperit anno 1373. quo diuisio, & terminatio facta fuit inter Castellatiam, & Frontinum, vt infra demonstrabitur, & nunquam fuit mora quæstio aliqua nisi anno 1488. Coram Episcopo Ariminensi: quæ non potuit inducere aliquam interruptionem: cum iam essent nedum triginta:
41 sed etiam centum anni elapsi: † quandoquidem interruptio præscriptionis nihil operatur post eã completam, vt est textus in cap. auditis, versic. si tamen. vbi hoc not. Abb. colum. 3. in vlt. not. de præscript. faciunt tradita per gloss. & scriben. in cap. vigilanti, eod. titu. & circa huiusmodi interruptionem latius in respondendo ad obiecta dictæ sententiæ Vicarij Episcopi Fanensis, eandem non obesse in medium proferam: licet sit ex abundanti: cum preoccupatio sufficiat, vt dictum
42 est supra iuncta maximè diuturnitate: † nec est concedenda restitutio in integrum aduersus

E 2 huiusmodi

Digitized by Google

huiusmodi innumerabilis temporis præscriptionem ex capite ignorantię, nam licet post conflictum opinionum scribentium persępè sibi ipsis contrariorum, ita vt Boer. decisio. 29. dixerit nihil ab adolescentia sua vsque ad tempus ætatis suę difficilius scripsisse ob uarietates Doctorum, & Grau. de Antiq. temp. par. 4. sessio materia ista, numero 48. exclamando dixit, heu miseros litigantes qui incidunt in manus Docto qui leges circunferunt in ambabus (quod aiunt) manibus magis contra scribentes concludant dari, vt articulo latę discusso tradit Crauet. vbi supra, numero 69. cum seqq. & post alios ab eo relatos confutando rationes in oppositam partem deductas eruditissimus Sfor. Odd. de in integr. restit. part. 2. quæst. 90. art. 5. 6. & 7. vbi nedum de maiore, & minore, sed etiam de ecclesia loquitur nihilominus limitatur hoc non procedere, vbi ignorãtia esset crassa, & improbabilis petentis restitutionẽ, vel eius authoris vt ipse Odd. affirmat vbi supra art. 6. numero 28. & pro cognitione ignorantiæ huiusmodi se remittit ad ea quæ dixit
43 in 1. part. quæst. 8. art. 10. † vbi concludit dici ignorantiã crassam quãdo incontrariũ adest præsumptio scientis, exemplificans inter cętera de

facto

facto publico vicinorum sub numero 62. de diuturnitate tanti temporis excludente probationem ignorantię per iuramentum sub numero 66. de facto notorio, numero 67. de eo qui partem facti nouit, numero 7. & de alijs enumeratis ab Odd. vbi ponit decem casus, & ea quæ superius sunt expressè verificantur hoc in casu ex his quæ proximè deducta fuere; quinimmò, ex superius deductis, & inferius explicandis de manifesta scien-
44 tia probatur præter id quòd † nunquam fuit petita restitutio in integrum intra quadriennium à die scientiæ nec umquã, non obstante discordia per longum tempus versa, & vertenda, cuius temporis lapsus excludit etiam ecclesiam ad huiusmodi restitutione præsupposita etiam millies læsione, vt concludit Crauet. de antiq. tempor. par. 4. sess. Materia nume. 70. & passim scribentes, & etiam nulla probatur læsio, seu læsionis ignorantia, quę impedit cursum temporis ad petendam restitutionem, vt per Crau. vbi supra.

Secundò principaliter fundatur intentio Martiliani, & Castellatiæ super terminatione finium facta inter Martilianum, & Sanctum Sixtum eodem anno 1399. die septima mensis Iulij, & sic sex mensibus post dictam diuisionem Castellatiæ,

quę

quę fuit confecta eodem anno mense Februarij
45 præsertim cum † fuerit facta mediante sententia arbitrali quæ fines huiusmodi probat l. inter Castellanum, ff. de arb. § fin. Instit. de off. iud. tradit Bald. consilio 420. incip. verba Principis Montisferrati, colum. prima, versicul. item probantur per sententias iudicium, & arbitrorum, libro 1: Mont. de fin. regun. cap. 52. numero 11. & passim Doct. etiam respectu tertij,
46 † nam licet res inter alios acta, alijs non præiudicet, l. sæpè, ff. de re iud. cap. quamuis, extra eod. titul. tamen duo hoc in casu concurrunt: quæ eundem casum in communi regula excipiunt: quorum alterum est qualitas ipsius, cum agatur de finibus antiquis: in quibus vt dictum est, non requiruntur exactæ pro
47 bationes, sed † sufficiunt indicia coniecturę, & præsumptiones: vt est textus, & ibi Bald. &cæt. scriben. in d. cap. cum causam, de probat. ita vt quod semiplenè probat in alijs, in finibus habeatur pro plena probatione, vt tradit Card in clem. prima, in 3. oppos. de probat. & Paris. consilio 107. numero 7. cum seq. libro primo, secundum est antiquitas temporis quæ operatur, vt probationes leuiores sufficiant. ad not. in cap. cum olim
48 de censi. † quo fit, vt etiam in alijs sententia inter

tcr

Digitized by Google

ter alios lata in antiquis semiplenam probationẽ faciat, respectu tertij: vt post alios tradit Aym. de antiq. tempor. part. 2. numero 49. & Didac. attestans de communi opinione scriben. in cap. 13. Variar. resolut. numero primo, Bartol. in l. admonendi, numero 46. ff. de iureiuran. Alex. d. l. sępè, numero 70. & sequen. Natta consilio 160. numero 44. libro primo, Dec. consilio 42. numero 14. Rota Genuens. decis. 184. numero 4. & 7. Hondedeus consilio 19. numero 68. l. 1. Ergo debet plenè probare in finibus per prædicta, & quod res inter alios gesta probet fines firmant in specie Guid. Papæ consilio 88, numero primo, Corn. nu. 333. quarto, libro 1. Barbat. consilio 6. numero 3. libro 1. Brun. consilio 34. numero 3. & 6. Crot. consilio 34. numero primo, Calcan. consilio 90. Par. consilio 104. numero 48. & 50. libro 4. Menoch. consilio 147.
49 numero 3. libro secundo, † & profectò si verba etiam enuntiatiua plurium instrumentorum hoc plenè probant, vt dictum est supra: & voluerunt Arct. consilio 42. & Ruin. consilio 92. colum. 1. libro quarto, & sparsum scribent. multo fortius debet procedere in sententia, cui calor iudicij assistit: & quæ non enunciatiuè, sed principaliter,

ter, ita disponit, vt in terminis terminantibus de huiusmodi sententia lata inter duo Castra super confinibus, quòd tertio etiam præiudicet: & per consequens etiam prosit in antiquis decidit Dec. dicto consil. 42. in 6. dubio, numero 12. & loquitur contra tertium, tanto magis est dicendum pro tertio contra ipsas partes: quæ sententiam
50 approbarunt, si † quidem fines probantur per expressas; & etiam tacitas partium assertiones Soc. consil. 187. numero 17. volum. 11. tradit post alios ab eo relatos Monta. de fini. cap. 52 numero 10. & 13. immò duæ præsumptiones tantũ illos probant; ex relatis à Mont. vbi supra in cap. 53. numero secundo, Bald. consilio 468. in c: qualiter probert. volum. 3. Petr. de Vbal. in tractat. de duobus fratribus, par. 5. numero 31. & super hoc non potest dubitari: cum in antiquis fines probentur, etiam instrumento inter alios cõfecto super finibus, vt superius comprobatum fuit optimis iuribus rationibus, & auctoritatibus: Cęterum hec sententia arbitralis deffinit fines Sancti Sixti initium trahere in loco nuncupato Turris Peschi: quæ habet distantiam à Saxo Simonis cõparatam, & ęqualem: immò minorem, seu inferiorem distantiam Podij Antigolę, & Vallis Preti,

pro-

progressum vero eorundem finium inferius versus Sanctum Sixtum, & sic ibi fuit designatus primus terminus, & per consequens disponit quòd vltra dictam Turrim non se protendat dictũ ter-
51 ritorium † cum verba sententiarum sint strictè, & propriè intelligenda Bartol. in l. si expressim, colum. 2. versic. videtur mihi dicendum, ff. de appell. Bald. in l. prima, C. de negot. gest. Alex. in l. 2. Diuo Pio, §. si pignora numero 10. ff. de re iud. Socin. Iun. consil. 181. numero 67. libro secundo, Crauet. consil. 10. numero 3. & consilio 188. numero sexto, & consil. 216. ad finem, & in tract. de antiq. tempor. 4. par. princ. numero 64 Roland. à Valle consilio 79. numero 10. & 12. Ruin. consil. 146. in fine, libro 1. Menoch. consilio 110. numero 17. & sequen. libro secun-
52 do, & sępè numero, Doct. & † primus propriè dicatur, qui ante se alium non habet, nec habere potest l. ex duobus, ff. de vulgar. & pupill §. in reliqua in prohęm. ff. eo, l. proximus: & ibi Alciat. numero 3. de verb. signif. cap. Ioseph extra eodem tit. Bald. in rubr. C. de seru. fugi. Rom. consilio 408. numero secundo, sicut vltimus dicitur post quem nullus alius sequitur l. per duos, ff. de reb. dub. cum simil.

Quibus non obstat, vt alias audiui dicere, quòd non est mirum, quod terminatio prædicta inceperit à Turre Peschi: & de eo quod est supra versus saxum nihil fuerit actum cum Martiliano, vltra d. Turrim nihil possideret, nec supra poterat prętendere quicquàm & ob id nō poterat esse locus alicui diuisioni, tot tit. ff. commun. diuid. & tit. fini. reg. quoniam per quinque seu sex menses ante partem superiorem diuiserat cum Castellatia, & in alio instrumento in primo fundamento deducto, & esset nimis miserabile refugiū velle pertinaciter insistere super huiusmodi negatione cum contrarium sit notorium: & si Martilianū nō haberet territorium supra Turrim Peschi: sed ab ipsa Turre versus Castrum esset trahenda linea recta perueniret sub eodem Castro: & illud dimitteret supra vt expositione loci, picta cerni potest: ita quòd in altera parte nihil territorij haberet, quod esset per quam absurdum, & monstruosum: immò, ex quo haberet aliam partem superiorem diuisam cum Castellatia, dicendum est: vt arbitri, qui pertulerant dictam sententiam inceperūt à Turre prædicta ex causa necessaria, ex eo quòd Sanctus Sixtus nihil habebat supra, non autē quòd voluerint aliam partem territoriorum Castrorum

præ-

53 præcictorum indiuisam dimittere, cum actus † in dubio censeatur potius factus in causam necessariam, quàm voluntariam ex relatis ab Aym. consil. 106. numero octauo, l. fin. & ibi Bartol. C. de alim. pup. præstan. idem Bartol. in l. cum seruus, numero quarto, ff. de verbor. oblig. Abb. consil. 116. ad finem, libro primo, Rom. consilio 247. versic. est igitur videndum. Castr. consil. 133. & consil. 410. volum. secundo, Corn. consil. 316. numero quinto, libro primo. Quinimmò si hoc fecissent, sequerentur plura absurda. Primò enim diuisio non teneret, tanquàm facta de
54 parte, & non de toto: nam † vbi petitur diuisio totius rei, & fit de parte non valet, l. in hoc iudicio. ff. famil. hercisçund. secundum Bald. in l. secunda, numero quarto, C. de re iud. presertim cum compromissum generaliter fuerat factum pro habenda terminatione finium territoriorum eorundem vt in eo videre licet: & in dubio, etiam in petitione rei simpliciter venit tota res, & non pars illius, l. si in rem, la prima, & ibi Bartol. ff. de rei vendicat. tradit Specul. de libell. conceptio. §. iuxta versicul item debet, & seq. & quòd
55 † appellatione territoriorum Castellorum intelligatur territorium integraliter est text. & ibi Doct.

de fini. in l. secunda, C. de fundo limit. lib. 21. si igitur esset facta sententia super parte, vitio nullitatis laboraret, vti non conformis petitioni, l. vt fundus, ff. commun. diuid. & cap. licet Fely. de simon. l. prima, §. si quis simpliciter, ff. de verborum obligat. l. de ætate. §. cum prætor. ff. de inter. act. l. fin. C. de fideicom. liber. cap. inter dilectus, iuncta gloss. in ver. petitionis, de fide instrum. præsertim cum hac non veniat ex natura actionis huiusmodi, vt scilicet pars tantum terminetur. d. l. in hoc iudicio, nisi vbi vnum adiudicatur pro alio: quoniam tunc sententia posset ferri non conformis petitioni præcisè: licet censeretur conformis saltem tacitè, cum virtualiter intelligatur, etiam proposita eadem adiudicatio: vt per Dec. in l. vinum, numero 20. in fi. cum concordant. ibi adductis, ff. si cert. pet. ea propter vt
56 actus † valeat debet censeri integrum territorium diuisum: vt in dubio fieri debet l. quoties, ff. de rebus dub. l. scimus, ff. si quis autem, C. de donat. l. in ambigua. ff. de leg. Castren. in l. sui, ff. eod. Bursat. consilio 149. numero 84. libro secundo. Secundò sequeretur quòd pars eorundem territoriorum censeretur diuisa, & altera in-
57 diuisa, † quod non debet in dubio fieri, l. eum

qui

qui ædes, ff. de vsucap. cum simil. postremò sequeretur aliud non verisimile, quòd pars propinquior, & minus turbatione periculosa vti existens præoculis hominum eorundem Castrorum diuisa fuisset, longinqua verò, & turbationibus magis subiecta indiuisa, quod non suadet ratio
58 naturalis, ob id non credendum † cum naturalis ratio vnumquemque mouere debeat, etiam quòd lex deficeret, l. in summa, §. item tutus, ff. de aqua plu. arcen. l. scire oportet, §. sufficit. ff. de excus. tuto tradit Ias. consilio 93. numero quarto, volum. primo, Aym. consilio 31. numero quinto, Rolan. à Valle, de inuent. confect. par. 3. cap. omittendum quoque, numero quinto, præ-
59 sertim cum roboretur ex regula † quòd vbi maius est periculum ibi cautius agendum, l. prima, § sed & si quis, ff. de Carbon. edic. c. vbi periculum, de elect. in 6. & equidem quod est verisimile in dubio gestum censetur Tiraq. in l. si vnquam, num. 42. in princ. C. de reuoc. donat. Fuerard. in topica in loco & verisimile. gl. in l. tale pactum, ff. de pac. Hondedeus cons. 51. nu. 5. vol. 1. Old. cōs. 13. in fi. Crau. cons. 75. n. 24. Burs. cōs. 304. n. 32. lib. 3. & verisimilitudo est cognata naturę Crau. cons. 131. n. 33. & in omni materia, & actu attēdit, l. ob carmen,

§. fin.

§. fin. ff. de teſt. cap. in noſtra, eod. tit. Crauet. conſil. 299 numero 16. Bartol. conſil. 218. numero 13. libro ſecundo, tanto magis imminebat periculum, cum iam pars ſuperior fuerat diuiſa inter Martilianum, & Caſtellatiam, & confines ad eò erant propè Turrim Peſchi, vt arbitri, & homines Sancti Sixti illius non vidiſſe, & ignoraſſe veriſimiliter aſſerere non poſſint, cum eſſent in finium figura, vt nunc ſunt poſiti: ob id potius dicendum eſt, vt dicti homines ſciuerint, & paſſi fuerint eoſdem ibi permanere; & per conſequens, quòd aut ius non habebant in d. parte: aut quòd
60 ex ſcientia, & patientia illud amiſerint † quando quidem ſcientia reſultans ex vicinitate, & patientia diuturna conſenſum inferunt: Bald. in l. ſi filius, C. de petit. hæred. Angel. in l. qui in aliena. in princ. ff. de acquiren. hæred. Alex. in l. ſecunda, colum. prima, ff. ſolut. matr. & Iaſ. in l. quæ dotis, numero 85. ff. eod. titul. & profectò etiam in præiudicialibus concurrente ſcientia, & patientia longa præſumitur conſenſus Bart. Alex. Iaſ. & Dec. in l. ſi certis, C. de pactis. Grat. reſpon. 9. numero 15. volum. ſecundo, & quòd patientiã diuturna conferat conſenſum tradunt Dec. conſil. 409. numero 6. Ceph. conſilio 314. numero

mero

Digitized by Google

mero 42. & consilio 315. numero 29. libro primo, Crauet. consilio 425. numero 56. libro 3. Grat. consilio 94. numero 21. libro primo, Hondedeus consil. 91. numero 46. libro primo, Bec.
61 consilio 6. numero 15. libro primo, † quiquidem consensus etiam tacitus sufficit in probandis finibus, vt dictum est supra de tacita assertione partis probante fines Mont. de fini. cap. 52. numero 10. & 13. facit quod tradit Alciat. de præsumpt. regul. secunda, præsumpt. 23. vbi autumat, quòd si termini per lungum tempus steterint, probationem faciunt, habentur enim loco instrumentorum Par. de Puteo, de fin. feud. capit. qualiter, numero sexto, Montanus de fin. reg cap. 15. numero 13. immò sententia immissionis, seu affixionis terminorum videtur emologata ab ipsa vniuersitate, quæ tandiu permiserat illos terminos stare, & tacuerat, argum. l. Paulus respondet,
62 ff. rem rat. haberi, cum simil. † patientia enim & contractus çquiperantur in Dominij translatione Ias. in l. ex hoc iure, numero 44. ff. de iustit. & iure.

Tertium principale fundamentum Martiliani, & Castellatiæ tribuens robur alijs duobus præcedentibus: & faciens præsumi prædictam diuisionem

nem factam inter Castellatiam, & Martilianum contigisse virtute tituli in hoc fundamento deducendi, vti præcedentis ad not. in l. quædam mulier. ff. de rei vendi. est sententia super finibus lata inter Castellatiam, & Frontinum à Domino Bartholino de Brixia Iudice Commissario delegato specialiter ab Auditore Generali, Illustrissimi & Reuerendissimi Cardinalis Sanctæ Mariæ Trãstiberim, in nonnullis Prouincijs Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in Italia Vicarij Generalis, etiam de consensu ambarum partium, quæ à sindicis vniuersitatum prædictarum fuit approbata, & emologata, hæc.
63 † etenim dubio procul probat fines, etiam contra tertios, cum sit omnium iurium ambarum partium antiquissima, ad trad. per Dec. in terminis d. consilio 42. in 6. dubio, quò fit, vt illis tanquam antiquioribus sit standum, absque eo, quòd possit allegari aliqua præscriptio, & aliquo modo mutari potuerint: præsertim cum primus terminus fuerit naturalis, & perpetuus, vti designatus in loco nuncupato schegię Vallis Preti existente inter ipsam Vallem, & Podium Antigolæ; quiquidem locus omnibus notus est, ut etiam Comes, & Dominus Superiori Castri Sancti Sixti, dum in humanis ageret, illum fassus fuit

in

Digitized by Google

in certis positionibus ab eo factis in iuditio, occasione huiusmodi finium, vt dicitur instituto co-
64 ram diuersis iudicibus : † nam vbi fuit pronuntiatum aliquo loco ponendos esse terminos lapideos, si locus est perpetuus altera pars non potest prætendere se præscripsisse, & confinia effectum non habuisse, etiamsi termini lapidei non fuissent positi, quia possessio præsumitur temeraria, vt tradit Gem. consilio 100. numero quarto, quem refert, & sequitur Hieron. de Mont. de fin. capit. 107. numero primo, cum sequen. semper enim vbi manifestè apparent confinia antiqua Castrorum præscriptione aliqua non mutantur quantumcunque possideantur, cap. licet & cap. inter memoratos, 16. quæst. 3. & cap. super eo. de paroc. gloss. in cap. quia iudicante, de præscrip. Rimin. Sen. consilio 64. numero 18. libro primo, Calcan. consilio 90. numero 16. Menoch. consilio 145. numero 44. libro secundo, nisi centum annorum curriculo, ex relatis, à Menoch. d. numero 44 quæ quidem præscriptio reparatur ope restitutionis in integrum, quicquid dixerit Menoch. ibi, cum magis communis opinio scribentium sit in contrarium, vt supra numero 32. comprobari facit quod tradit Corn. consil. 188.

65 viso puncto, numero quarto, volum primo, t vbi dicit, quod loca designata, in quibus finiunt territoria: esto quàm non adsint ibi signa terminorum propriè fines dicuntur per l. eos, ff. fin. regund. idem dicendum de locis designatis: in qui-
66 bus principium habent, † vt quod operatur propositum in proposito, illud idem operetur oppositum, in opposito, l. si mortis in princ. ff. qui, & aqui. l. fin. ff. de leg. 3. cum vulg. in dicta namque sententia fuit designatus locus nuncupatus schegię d. Vallis pro principio terminationis, vt deprehenditur ex illis verbis. item incipiendo in loco dicto le schegię Vallis Preti, & licet subdatur, vbi positus est terminus lapideus: hoc tamen stat loco demonstrationis, vt clarius appareret oculis transeuntium: vt per Mont. de fin. d. cap. 107. sub numero primo, tanto magis, cum etiam termini lapidei in esse reperiantur, & semper ad fuerint vt dictum est supra, & non est dubium, quòd linea recta ducitur ab ipso loco, ad locum Planiuallium designatum pro vltimo termino inter Castellatiam, & Martilianam, vt dictum est supra adeò quòd hoc ponit securem ad radicem ex prædictis, & inferius, etiam dicendis: præsertim cum territorium Castellatiæ, & Carpinei se

præ-

prætendunt etiam vltrà Saxum Simonis, vsque ad fines Pennæ Billorum, vt est notorium: adeoque si Frontinus habuisset territorium vltra dictum locum Vallis Preti, finibus etiam terminatam fuisset, & non declaratum ex d. sententia illud pertinere ad Castellatiam vt factum fuit.

Præterea idem Iudex declarauit, & sententiauit, quod à terminis ab eo impositis supra versus Castellatiam, & Carpineum sit curia, & iurisdictio eorundem Castrorum: & sic amplexus fuit totam partem controuersam inspecto loco plebis Carpinei, vbi lata fuit sententia, & etiam finibus inspectis illam respicientibus: quo fit, vt dominium illius partis fuerit acquisitum Castella-
67 tiæ, & Carpineo, cum † sit speciale in actione finium regundorum, vt ere sententia statim Dominium rei adiudicatæ absque possessione transferatur, §. fin. ibi. quod autem istis Iudicijs adiudicatum fuerit, & statim eius sit, vt adiudicatum est. Instit. de offic. iudic. & per illum contextum, sicut de offic. iudic. §. 6. idem tradunt gloss. fin. Bartol. & Angel. in l.& ideo.ff.de condit. furt. quod absque difficultate procedit traditione secuta. ad tradita per Bartol. & alios scribent. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. & per

Digitized by Google

Natt.consil. 456. numero 12. & alibi passim, vt hoc in casu traditio interuenit, nempè ex instrumento publico de immissione, & directione terminorum, ob quam fines probantur vt per Bald. in d.cap.cum causam, numero 6.de probat.& post alios Natt. cons.672. nu 12 immò ex ipsis lapidibus antiquis pro terminis opponi solitis, ex l. 1.§. qui in rationibus, ff. de fal.& l.qui tabulas, in princ. ff. de fur. glo. in c.cum causam de probat. Barbat. consil.6. num. 13. lib. 2. Guido Papæ q. 193.numero 1. Corn.consil. 33.num. 12.lib.1.Paris de Put. c.1. num.20.de fin. feud. Montanus de fin.reg.c.19. nu. 2. & 3. & alij relati à Mascar. de prob.concl.400.nu.1.in tantum quòd si effodiatur locus, in quo dicebatur esse terminus, si ibi reperiatur Lapis, cum alijs lapidibus paruulis positis ad custodiam qui signet lapidem medium fuisse positum pro termino, est inditium apertum diui-
68 sionis bonorum Masc.vbi supra † & itidem, & ex eo quòd fuit lata in faciem loci, si quidem possessio transfertur, etiam in contractibus, vbi fiunt in conspectu rei immobilis. Iac.de Aren.& Bar.in l. prædia, ff. de acq. poss.Cyn.Bar.& Bal. in l.2.co. c.inter dilectos, in fi. de fide instru.& Lanfran. in c.quoniam contra.in verbo testis, de prob.& passim

Digitized by Google

63 sim Doct. † cum igitur nedum adsit adiudicatio, verum etiam traditio, dicendum est, vt probet dominium, nedum cõtra Frontinum, sed etiam quoscumque alios, vt pulchrè distinguendo tradit in terminis adiudicationis Villæ per sententiam arbitrorum. Alex cons. 1. n. 6. lib. 5. dicens, quòd aut quis vult agere solum ex sententia absq; traditione, & tunc potest contra victum tantum, sicut dicimus in iuramento iudiciali, quod æquiperatur sententiæ, sed si nitatur ex sententia, & traditione, seu possessione, & tunc potest agere contra quemcũque, & cõtra omnes censetur habere ius dominij, seu quasi, vt probatur in l nam postea, § si coniuncta gl. ff. de iureiu. & in l. sed si possessor. in princ. cum gl. in ver dandam, & in §. si cum l. seq. iuncta l. 2. eo. tit. l. Põponius, §. si iusta vbi Bart. ff. de acq. poss. Bar. in l. ex hoc iure, nu. 6. ff. de iust. & iu. Bal. & cæteri in l. traditionib. C. de pac. Burs. cons. 102. nu. 22. lib. 1. quæ eo maximè procedunt, cùm homines Sancti Sixti non possint inficiari, quòd pars adiudicata non esset sua, saltem ab angulo saxi Simonis versus Carpineum: cum dicant fines inter eorum Castrum, & Frontinum se prętẽdere à Valle Preti, vsq; ad dictũ angulum, & quòd pars, quæ adest ab angulo versus Carpineum,

&

& Castellatiã obuenit in portione Frontini,& alia pars est sua, & sic fatemur Frontinum fuisse illius
70 portionis Dominum, et quo fit, vt ex sententia contra eum lata fuerint translatum non dico ius quasi Dominij, vt illi competeret publicina, sed veri Dominij ad tradita per scriben. in d. §. fin. Instit. de off. iud. & in d. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. & sparsim in diuersis locis eorum licet hoc sit ex abundanti, cum etiam dominium totius partis, quàm complectitur finis loci nuncupati Schegiæ Vallis Preti, sit ex ea probatum: ex quo non probatur, quod illa pars tunc esset alterius vt oporteret, ad hoc vt posset discuti de publicina, vt per scriben. vbi supra.

Quartò clarum est, quòd Castrum Frontini, nedum tempore dictæ diuisionis anni 1 4 1 3. super qua Sanctus Sixtus se fundat, nullum ius habebat à Valle Preti, vsque ad d. angulum Saxi Simonis versus Carpineum, & Castellatiam, vt d. sententia lata in eum, & Castellatiam demonstrat: sed nec etiam tempore quo d. sententia erat deperdita se nunquam ius prætendere voluit: nam anno 1 4 8 8. & sic lapsis iam centum annis, & vltra; cum d. sententia esset deperdita, vt deponunt testes, homines Sancti Sixti, & Frontini cęperunt

præ-

prætendere ius ab angulo prædicto versus Martilianam sub prætextu, quòd ob verba dictæ diuisionis anno 1413. inter eos factæ illis competeret ius in d. parte ob mentionem factam de saxo siluarum Simonis: vt quo ad Sanctum Sixtum dignoscitur ex processu iudicij instituti anno 1488. contra Castellatiam, quò vero ad Frontinum patet ex instrumento transactionis post litem habitam inter ipsum, & Comitem Octauianum eius Dominum ex vna, & Castellatiam, & Cõmitissam Berardinam vxorem Comitis Ioannis Domini Castellatiæ de rato promittentem pro marito, in qua fuit conuentum, quòd à dicto angulo versus Martilianam, seu Sanctum Sixtum esset territorium Frontini, vsque ad locum nuncupatum le schiegiæ Vallis Preti, & quoniam fuerat appositum pactum, quòd esset in potestate dictæ Comitissæ reuocare dictam transactionem intra certum tempus, vt illam reuocauit: fuit super finibus institutum iudicium coram arbitris: & tandem lata sententia confirmatoria dictæ sententiæ anni 1373. & finium in ea contentarũ anno 1504. & semper hucusque fines inter Castellatiam, & Frontinum processerunt vsque ad d. locum nuncupatum le schiegię Vallis Preti, ex quo necessariò debet

bet ſequi, quòd diuiſio facta anno 1413. aut non loquitur de ſaxo Simonis, ſed alio Vallis Preti propinquiori, aut eſt nulla, & inefficax, quò ad illam partem, inefficax inquam quoniam ſi fines protrahendi eſſent à Valle Preti vſque ad dictum angulum Saxi Simonis inter Sanctum Sixtum, & Frontinum, eſſet opus fateri, quòd Frontinus haberet aliquam partem territorij ab angulo, & Valle prædictis verſus Caſtellatiam, quod prorſus deficit ex omnibus diuiſionibus factis, tàm antiquis, quàm modernis inter Frontinum, & Caſtellatiam, ergo diuiſio Sancti Sixti à Valle Pre-
71 ti vſque ad angulum dicti Saxi, eſt † inefficax, cum nemo plus iuris in alium poſſit transferre, quàm ipſe habeat, l. nemo plus, ff. de regul. iur. l. traditio. ff. de acquiren. rerum domin. cap. nuper. de donat. inter vir. & vxor. Alex. conſil. 29. numero 14. libro primo, & paſſim Doctor. eſt enim neceſſe in finibus regendis, vt ambæ partes ha-
72 beant ius in finibus, cum actio † huiuſmodi finiũ dirimat lites tantum vbi eſt finium communio, vt not. gloſſ. in rub. C. eod. titu. & in l. ex hoc iure, in verſic. termini. ff. de iuſt. & iur. Monr. de fin. cap. ſecundo, numero 10. tradit Gerard. Maz-
73 zol. conſilio quarto, numero 99. † nec poteſt

præ-

prætendi, quòd exinde potuerit esse locus præscriptioni ex pluribus defectibus, quoniam non potest agi de præscriptione finium, cum ipsi sint impræscriptibiles, constito, quòd prius fuerint limitati ad trad. per Mont. de fin. in cap. 76. numero 15. nec etiam actionis finium regundorum, cum nullus terminus fuerit positus, & qui possideri potuerit, & conturbare aliorum fines antiquos: vt est opus ad huiusmodi actionem præscribendam, vt dictum est supra, nam si dicta verba saxum siluarum Simonis, intelligantur de saxo magno Simonis, illud totum est in dominio alterius, & in eo non cadit ammotio, neque conseruatio aliqua apta ad conturbationem aliorum terminorum, & inter Vallem Preti, & ad saxum nullus alienus terminus extat positus: ob quem potuerit argui, & cognosci ex se quis sit finium diffinitiuus: ita vt scientia, & patientia ad huiusmodi præscriptionem necessaria, vt tradit Mont. de fin.
74 quæst. 77. numero sexto, possint præsumi, † nam pati non dicitur, nisi qui scit. Bertrand. consilio 255. numero 11. libro primo, Bartol. & Docto.
75 in l. secunda, deseruit, † & scientia non præsumitur, etiam in consanguineo, & vicino in habentibus tractum momentaneum: vt tradit Castren.

H

ſtren. in l. prima, in fin. & ibi Soc. colum. quinta, & Curt. iun. colum. 9. ff. ſi certum pet. Alex. conſilio 80. colum. 3. volum. ſecundo: & Felin. cap. cum literis, colum. ſecundi, de præſumpt. tanto magis vbi actus conſiſtit in ſola prolatione verborum, abſque alio facto extrinſeco, vt hoc in caſu factum fuit de vltimo termino circa quem nil aliud actum exiſtit, niſi nuda ſtipulatio verborum: de qua non præſumitur ſcientia etiam in coniuncto, & vicino, vt de contractu tradit Alex. d. conſilio 80. colum. 3. verſic. nec obſtat, quòd teſtis dicat. Dec. conſilio 445. colum. fin. verſic. decimo, & vltimo, vbi idem dicit de ſententia, & Curt. iun. d. l. prima, colum. 9. Purpur. colum. 14. ff. ſi certum petat. idque generaliter infertur ad omne factum, quod coniunctum, & vicinum latere poteſt: vt dicit Alex. in conſilio 71. colum. penult. volum. primo, & Angel. in l. prima, ſi certum petat. nec etiam cucurrerit tempus immemorabile quoniam primo loco lis inter partes ſuper finibus incepta fuit, cum d. diuiſio fuerit facta anno 1413. & lis incepta anno 1488. debent enim eſſe elapſi centum anni, vt dicatur tempus immemorabile Balb. in tract. præſcript. in ſecunda par. tertia part. princ. quæſt. ſexta, nume. 24.

Moder.

Digitized by Google

Moder. Parif. attestans de commun. in consil. feud. §. quinto, numero 63. & de magis comm. Gabr. de præscript. libro sexto, conclus. prima, numero 71. Crass. commun. opin. libro primo, cap. quinto, quæst. 3. Abba. consilio 64. numero 50. Crauet. de antiq. tempor. secunda parte, 4. part. princ. numero secundo, Menoch. consilio secundo, numero 309. Bursat. consilio 127. numero 22. & consilio 150. numero 27. & 28. & seq. idque eo maximè procedit cum agatur de re, quę de sui natura requirit tempus immemorabile, quod censetur lapsis centum annis, vt pulchrè de communi tradit Paul. de Mont. Pico consilio 87. numero 38. vbi post alios latè declarat quale tempus dicatur antiquum cum distinctionibus etiam exemplis declaratis; nec potest probari etiam aliqua pacifica, & continua possessio, seu quasi, cum actus possessionis peregerint homines de Castellatia, & eius Domini, ac officiales, quinimmò cum agatur de præscriptio-
76 ne, cui ius resistit, titulus requirebatur, † vt etiam dicitur de præscriptione iurisdictionis: quæ prætenditur in alieno territorio: in qua opus est titulo ea ratione: quia illi ius resistit, vel requiritur initium temporis immemorabilis, vt tradit

Balb. in tractat. præscript. in d.6. quæst.secunda, part. 3.part. princ. numero 15. neutrum quorum interuenit hoc in casu vt de tempore immemorabili iam dictum est, quod defecit: vt etiam defecit titulus causam prælcribendi præbens, si quidē dicta diuisio terminorum, quò ad illam partem incipientem à Valle Preti, vsque ad illud saxum Simonis: quatenus de illo esset intelligendum, non continet terminorum directionem, nec quidquam habens vim traditionis, sed solum per modum simplicis diuisionis dimissa fuit par territorij homi-
77 nibus Sancti Sixti, vti sua † siquidem vbi quid etiam traditur ex causa diuisionis, non autem transactionis, tanquam suum vsucapiendi conditionē non transferret, vt est tex.& ibi Bart.&c. scriben. in l.cum solus, ff. de vsucap.& loquitur vbi etiam interuenit traditio: tanto magis vbi ea circumscripta contractus fuit, seu dicitur etiam de transactione, quæ ita demum inducit titulum potentē ad præscribendum vbi res traditur, vt est textus in l. ex causa transactionis, C. de vsucap.pro empto. tradit Corn. consilio 16. viso primo themate, circa princ. volum. secundo, ita vt si res dimittitur penes possessorem transactio nō habetur pro titulo, nec transfert dominium, vel præscribē-

di

di conditionem, vt est casus, & ibi gloss. Bartol. & Doct. distinguentes, in l. pro fundo. C. de transact. idem tradit gloss. & Bartol. in l. 1. ff. de vsucap. pro empt. & post gloss. Bart. Bald. Alex. & Ias. in locis ibi relatis tradit Balb. de præscript. in 3. part. princ. in princ. quæst. 5. per tot. & eo maximè hoc in casu excluditur præscriptio quæuis etiam temporis immemorabilis, cum ex prædictis constet homines Sancti Sixti, nō habuisse aliquam instam causam putandi vniuersitatē Frontini esse dominam d. partis territorij, cuius virtute fuit facta diuisio facta prædicta, ex quo eo tempore & antè, & post fines Castellatiæ cum Frontino peruenerunt ad dictum locum Vallis Preti, & etiam vltra vsque ad schegias, vt dignoscitur ex iuribus superius deductis, & etiam ex terminis publicè in dictis locis positis, & existentibus,
78 † qui redunt notorium facti permanentis ad tradit. per Bald. in d. cap. cum causam, numero 6. de probat. itaque ignorari haud poterant, siquidem scire quis præsumitur quod publicè notum est vt firmat Bartol. in l. Celsus, ff. de vsucap. per text. in l. regula, §. vt facti, ff. de iur. & fact. ignor. Alex. consilio 187. numero 8. libro 2. Paris. cons. 272. nu. 26. lib. 3. testans, de comm. & consi. 57. nu-

Digitized by Google

numero 14. Crauet. consilio 193. numero sexto, Marc. de probat. conclus. 1293. alias diceretur ignorantia supina, quæ minimè excusat l. nec supina. ff. eodem titul. vt per Bartol. vbi supra quem refert, & sequitur Balb. in d. l. Celsus, in princip. numero 81. Dec. consilio 60. numero quinto, Roman. consilio 124. in fine, Fel. in cap. vigilanti, numero quarto, de præscript. Affl. in titul. quæ sint regulæ, in princ. numero 30. Surdus con-
79 silio 150. numero 28. libro primo, & † qui scit, vel scire debet rem non esse contrahentis dicitur esse in mala fide: vt tradit Balb. in d. l. Celsus, part. prima, sub numero 17. & tali casu titulus
80 habetur pro non titulo, & acquirens † dicitur pro possessore possidere, l. nec vllam, ff. de pet. hæred. cum simil. immò homines d. Castri Sancti Sixti sciebant, vel scire debebant nullum ius habere in dicta parte superiori, cum illis fuisset assignata pars inferior in diuisione facta cum Martiliana vt fuit supra deductum: adeo quòd absque mala fide non poterant partem superiorem diui-
81 dere, † etenim si mala fides probatur ex cõfessione, quòd res sit aliena, vt etiam si sit facta extraiudicialiter absente parte, per Bartol. in d. l. Celsus quem refert, & latè comprobat Balb. ibi, in

secunda

secunda parte, numero 15. Angel. in l. eum qui. §. publicana, ff. de publ. Fely. in cap. si diligenti, numero quinto, de præscript. Imo. in cap. vlt. de præscr. in reper. Cepol. de serui. vrb. præd. cap. 20. numero secundo, Menoch. de arbit. iud. casu 225. numero octauo, Mascar. de prob. concl. 1004. numero 43. & si mala fides probatur per coniecturas Bald in l. prima, C. de vsuc. trasform. vt idem tradit Alex. consil. 187 incip. in hac causa & lite colum. 3. numero octauo, volum. secundo, vbi dicit, quòd scientia rei alienæ, & mala fides potest probari per inditia sola, l. penul. & ibi. not. Bald. C. de euict. Bald. in l. prima, C. de vsuc. trasform. & ibidem Angel. Affl. decis. 369. numero octauo, Bursat. consilio 66. numero 10. Mascar. firmans de communi obseruantia d. con. 1004. numero 65. non est dubium, quòd retento intellecto prædictorum verborum d. diuisionis anni 1413. vt supra quòd censeretur probata sciētia rei alienæ, & mala fides hominum dicti Castri Sancti Sixti, cum per instrumenta ab illis confecta constet quòd suum erat: & ex finibus, & terminis apparentibus erat notum, quòd pars superior à
82 vicinis vtriusque partis possidebatur, † nam termini apparentes loco instrumentorum publicorum

rum

rum habentur vt tradit Pariſ. de Put. in cap. qualiter numero ſexto, de fin. feud. Mont. de fin. cap. 15. numero 13. arguuntque iuriſdictionem Ciuitatis, vel Caſtri in dubio, & non rerum particularium. Curt. iun. conſilio 188. numero 22. Montanus vbi ſupra, numero 12. præſertim cum ſint ſimiles finibus poſitis inter homines Sancti Sixti,
83 & alios vicinos: † & vbi à principio vniuerſitas eſt in mala fide non poteſt præſcribere in æternum: quia cum populus ſit idem, ſemper videtur mala fides continuari, l. clam poſſidere, in princ. ff. de acquiren. poſſeſſ. & l. proponebatur, ff. de iud. tradit Pariſ. conſilio 25. numero 107. volum. primo, quem refert Mont. de fini. in cap. 72. numero 3. Hoſtien. in cap. ſecundo, de purg. vul. Bald. in l. Imperium, ff. de iuriſd. omn. iud. Corn. conſilio 22. colum. quarta, libro ſecundo, Rub. conſilio 13. numero 15. Paul. de Monte Pico conſilio 97. numero 156. & quando etiam poſſet incipere præſcribere lapſis centum annis, cum tunc poſſit conſiderari, quòd illi de vniuerſitate in mala fide conſtituti eſſent mortui, vt voluit Capit. deciſ. quarta, numero 17. Innoc. in cap. circa de iurepatr. Bartol. in l. poteſt pluribus, ff. de vſuc. in fine, Rub. d. conſilio 13. nu-

mero

Digitized by Google

mero 15. Balb. de præscrip. secunda par. 3. part. princ. quæst. 17. Paul. de Monte Pico consilio 97. numero 188. & sequen. nihilominus hoc in casu non refragaretur, cum anno 1488. ex lite instituta interrupta fuisset, cumque anno 1504. vniuersitas Castellatiæ fuisset etiam in pristinam terminationem omnium aliarum antiquissimam restituta, & denique cum possessio semper fuerit penes Castellatiam dictorum finium per ea quæ superius dicta fuerunt, si igitur fines Castellatiæ semper peruenerunt ad locum Vallis Preti, Frontinus nihil iuris habebat vltra, & erat impossibile quòd posset prætendere territorium suum vsque ad saxum ex parte Castellatiæ, cum fines Castellatiæ illis essent impedimento: nec ex parte Sancti Sixti, cum territorium eiusdem perueniret ad eandem Vallem, adeo quòd ipsa Vallis est tanquam punctus ad quem iunguntur lineæ terminationes, altera scilicet facta inter Frontinum, & Castellatiam, altera verò inter Frontinum, & Sanctum Sixtum, seu à quo duæ lineæ eorundem finium ducuntur constituentes angulum referantē territorium Frontini: ita vt imposibile sit, quòd territorium prædicti Castri Frontini possit se prætendere, seu dilatare, nisi in quantum posset pun-

 ctus

ctus anguli in d. loco Vallis prædictę, seu illis cõtiguo constituti; quę interpretatio etiam arridet verbis dictę diuisionis anno 1 4 1 3. vt supra factæ, vt inferius demonstrabitur ob id recipienda..

Quintò intentio Martiliani, & Castellatiæ fundatur ex possessione, seu quasi eorundem finium alias positorum inter Martilianum, & Castellatiam, cum ibi reperiantur in forma, & figura finium in eorum pristino statu; nam sicut ibi fuere ab ipsis partibus positi vt constat ex publicis documentis, ita præsumuntur ibi fuisse conseruati, &
84 teneri ab eisdem, † cum quales hodie reperiuntur confines tales olim fuisse pręsumantur, nec mutati censeantur Alex. consilio 57. in fine libro 7. & consilio 75. eod. lib. Natta consilio 672. numero 11. Curt. Sen. consilio 56. Calcan. consilio nono, per totum. Mascar. de prob. conclus.
85 *393.* numero 10. nam † dominus olim hodie pręsumitur dominus ad not. in l. siue possidetis, C. de probat. in cap. præterea, il secundo, vbi Abb. de transac. tradunt Soc. Castren. Alex. Dec. Iac. & alij in locis relatis ab Alciat. de præsumpt. reg.
86 secunda, præsump. 20. & † pariter olim possessor præsumitur hodie possidere gloss. Bart. & scriben.
in

Digitized by Google

in d.l· siue possideris, Dom. Anto.& Abb. in cap. cum ad sedem, de restitut. spoliator. Alex. consilio 133. numero 3. libro primo, Soc. Sen. consilio 163. numero 12. libro secundo, Barbat. consilio 12· colum. 3. libro 3. Calcan. consilio 100. numero nono, Gomez. ad reg. Cancel. de impetr. benef. ciui. per obitum, quæst· 13. colum. quarta, versicul. est tamen verium· Menoch· testans de commun. de pręsumpt· libro sexto, pręsumpt. 64. numero primo, Paulus de Monte Pico consilio 97. numero 81. & licet termini lapidei territoriorũ, nõ sint eiusdem naturę, cuius sunt flumina, & vię publicę quę pro terminis apponuntur. quia eorum vsus nullus est, cum solum sint signa diuisionis territorij, ex quibus de per se nulla vtilitas, vel vsus percipitur, vt dicit esse notandum Calcan. consilio 90. num· 10. quem refert Mont. de fin· cap. 23. numero septimo, attamen hoc non obest, quominus dici non possit, quòd termini non fuerint possessi ob eorum vsus, cum ipsi termini fuerint immissi in vijs publicis, & in flumine seu torrente, vel riuo publico siminiei, immò ipse torrens datus fuit pro termine, & impositione, & designatione terminorum in ipsis vijs, & riuis, & alijs locis, constat quòd fuit habita

Digitized by Google

finium possessio, cum hæc in his, in quibus aliter haberi non potest, nisi per vsum rei, ex eo solum acquiratur, vt habetur de seruitute, l. prima, §. secundo, & ibi Bartol. & Alex. ff. de itin. actuque priua. & Flo. in l. seruitutes, colum. 18. ff. de serui. nam aliter possideri non possunt fines, nisi vtendo illis, vt fines territorij, quòd autem Castellatia vsa sit pro finibus sui territorij dictis locis, vbi termini fuerint positi, constat nedum ex antiqua immissione, & ibi diutina permanentia eorum, verumetiam ex eo quòd anno 1556. cũ fines prædicti turbarentur ab hominibus Martiliani fuit habitus recursus à Comite Ioanne forum rei sequenti, ad magnum Ducem Hętruriæ, & per sententiam latam à Dom. Benedicto Diacepto Iudice delegato obtenta confirmatio, & etiam reiterata immissio eorundem terminorum pręsentibus Vicario Sancti Sixti, & sindicis eiusdem, & Dom. Cathellano Malatestæ Aduocato Comitissę eiusdem Castri, vt constat ex eadem sententia, & actuali immissione, quę tribuit iustam causam possidendi, seu iustam possessionem, si † quidem iusta dicitur possessio: quam quis auctoritate Iudicis vel sententię habet l. iustè possidet, vbi Bartol. & cęt. scriben. ff. de acqui-

87

ren.

Digitized by Google

ren. possess. tanto magis cum possessionem fuerint adepti homines de Castellatia animo continuandi, quę adeò prodest, vt etiam si de præcedente possessione non appareret, diceretur de nouo acquisita, vt tradit Bartol. reprobata gloss. in l. tertia, §. primo, numero tertio, ff. de acquiren. possess. tanto magis, cum probetur antiqua traditio horum finium ex publico documento, cumque semper postea fuerit retenta, nedum ab hominibus Castellatiæ, verum etiam ab exteris in locis differentia possidentibus bona, & dignoscitur ex instrumento publico anno 1 5 5 8. confecto, in quo quidam de Monte Romano recognouit se possidere bona sua per longissimum tempus in loco nuncupato il Seminieo, vti subiecta iurisdictioni Comitis, & Domini Castellatiæ, & vti posito in curia dicti Castri: & illi
88 soluisse collectas: † nam si iurisdictionis quasi possessio retinetur per vnum actum, & sufficit, si subditus, etiam ab alio possessus recognoscat se subditum Domini, licet Dominus ignoret Bar. in l. Carbonibus. §. de illo. ff. de vsufruc. non est dubium, quòd quasi possessio iurisdictionis, & finium fuerit retenta, & continuata hucusque cum nedum ex prædictis sed alijs etiam multiplicatis acti-

actibus fuerit semper præseruata, vt latè alias deductum fuit, quo fit, vt dominium huius partis territorij esse ipsius Castellatiæ præsumatur, præ-
89 sertim cum sit prouocata, nam † qui possidet, & deducit dominium per viam exceptionis illud per præsentem suam possessionem probat. l.prima, ff. famil. ercisc. l. sicuti. §. sed si quæratur, & ibi gl. in verbo possessorijs, ff. si serui. vendi. l.vti frui. in fin. princ. ff. de vsufruc. Bartol. in l. quidam, in suo sub numero quarto, ff. de cond. insti. Bal. in d. §. sed si quæratur Rip. in l. rem quæ nobis, numero 52. ff. de acquiren. possess. Paul. de Cast. consilio 334. numero secundo, parte secunda, Ias. consilio 150. sub numero secundo, versiculo non obstat inquantum, libro secundo, Ruin. consil. 56. sub numero 7. volum. quarto, Rimin. consil. 397. numero 17. volum. secundo, Bursat. consil. 58. numero 9. libro primo, Boer. decis. 42. sub numero octauo, & 33. & quando non
90 probaretur excipiendo † non tamen negari potest, quo minus ex ipsa possessione adiuuetur proprietatis præsumptio. Felyn. in cap. exteris, sub numero quarto, in fin. extra de probat. Bald. in terminis consil. 286. in fin. libro secundo, Natt. consil. 972. numero 13. Hier. Mont. de fini. regun.

Digitized by Google

gun. in cap. 67. numero octauo, Aym. de antiq. tempor. parte prima, sectio viso in hac prima parte, numero secundo, quæ quidem præsumptiua præsumptio, eo magis attendenda est inspecta materia finium antiquorum, cum in hac nedum præsumptiones, verumetiam inditia coniecturæ, & alia adminicula admittantur, vt dicit textus in d. cap. cum causam, extra de probat. gloss. in cap. si Papa, in versic. probata. de priuileg. in 6. Bald. in consil. 286. numero primo, libro secundo, Dec. d. consil. 42. sub numero nono, Natta d. consil. 672. numero 13. Corn. consilio 333. numero quarto, & quinto, libro primo, Socin. sen. consil. 86. numero quarto, & consil. 89. numero quinto, libro primo, Paris. consil. 27. numero 15. & consilio 104. numero 24. & 42. & consilio 107. numero septimo, libro primo, Montanus de fin. reg. cap. 50. Menoch. consil. 147. numero primo, Mascar. de prob. concl. 393. nu. 2. & passim Doct.

Quibus non obstat, si diceretur, quòd homines Sancti Sixti possederunt etiam territorium intra fines prędictos custodiendo pascua publica, pœnas damnificationibus imponendo, retinendo bona descripta in libro census, seu æstimi ip-

sius

ſius loci, & ſimilia gerendo, & quòd contradixerunt petitioni dictorum terminorum, vt ſupra factæ à d. Diacepto, quoniam hæc aliquo pacto non refragantur ex his, quæ inferius deducentur ad eliſionem contrarij ſuper aſſerta poſſeſſione Sancti Sixti, & etiam ex eo quòd homines Sancti Sixti prætenderunt ſe eſſe turbatos, ſeu grauatos ex d. poſitione terminorum, & etiam appellarunt viua voce deinde contra Caſtellatiam, nil aliud egerunt, quod operatur, vt ſi quam poſſeſſionem, ſeu quaſi habuiſſent, illam amiſiſſent,
91 t. quandoquidem turbatus, ſi quam primum poteſt, non agit contra turbantem ſolo animo videtur perdere poſſeſſionem, & non habet interdictum, vti poſſidetis, niſi fuiſſet impeditus ex iuſta cauſa tradunt, Innocen. in cap. ſecundo, in prima gloſſ. magna, colum. prima, de reſtitut. in integr. & Flo. in l. loci. §. ſciendum, ff. ſi ſerui. vend. verum vniuerſitas Sancti Sixti, de dicta poſitione terminorum conqueſta fuit, contra Martilianum, & etiam ſuccubuit, contra verò Caſtellatiam hucuſque tacuit, adeo quòd ſi etiam ex antiqua diuiſione non fuiſſet ius Caſtellatiæ quæſitum, nunc tamen ex ſupradicta altera terminorum poſitione cucurrerit tempus ferè triginta annorum

92 norum, † & huiusmodi ius præscribatur tanto tẽpore, & contra absentes cum titulo, tanto magis contra præsentes, l. fin. ff. de long. temp. præscrip. non est in dubium, quòd dicta sententia præbuisset iustum titulum præscribendi, vt est casus in l. Pompon. §. si iussu. vbi Bartol. & vt ff. de acquiren. possess. tanto magis procedunt prædicta cum nulla finium possessio vnquam fuerit, vt infra in obiectorum responsione patebit.

Sextò facit, quòd pars territorij cõtrouersa magis adiacet, & est vicina castro Castellatiæ, & Martiliani, quàm Castro Sancti Sixti, vt patet
93 ad oculum, & est clarũ, siquidem † in dubio præsumitur esse illius Castri siue Prouinciæ, cui magis cohæret, & vicina est argumento l. adeo. §. insula, ff de acquiren. rerum dom. Instit. de rer. diuis. §. insula, tradit Bald. in d. cap. cum olim, numero primo, de præscript. & in d. cap. cum causam sub numero octauo, de probat. Alex. in addit. ad Bartol. in l. si conuenerit, §. si nuda, in litera A, ff. de pigno. actio. Natt. d. consil. 672. numero 18. Hieron. de Mont. de fin. cap. 83. numero secundo. Adde ad alleg. pro terra Vallen. Iac. de But. sub numero 45. Ruin. consilio vlt. numero quinto, libro quinto, Bertazz. consilio

K ciui-

Digitized by Google

ciuili. 1. numero 68. libro quinto, idq; coadiuuatur ex terminis naturalibus, qui sepiunt locum controuersum, vt fines prædicti faciunt. Nam imprimis adest dorsum siue iugum Montis, quod incipit propè primum terminum versus saxum Simonis circundans ferè totum territorium Castellatiæ, adest Riuus, seu Torrens Siminici, Podium Antigulæ, via publica, & Vallis Preti, si etenim possunt dici signa notabilia, vt esse debent, cum ex his signis notabilioribus territoria terminari
94 † debeant, vt post alios ibi relatos tradit Mont. de fin. cap. 17. per totum, Montes enim, & viæ verè dicuntur termini notabiles, & æterni Bald. consil. 420. numero primo, & consilio 468. in princ. volum. 3. Alciat. in tract. præsumpt. secunda regul. præsumpt. 13. numero primo, Franc. Marc. quæst. 3. numero quinto, secunda parte, consil. Ciuil. 41. numero 17. libro primo, Mascard. conclus. 413. numero quinto, de probat. & ob id, cum inter Vallem Preti, & saxum non adsint illa signa his notabiliora, hęc sunt attendenda Bald. consil. 468. incip. qualiter probentur pertinentiæ, volum. 3. & consil. 420. incip. verba Principis Montisferrati, volum. primo, idem tradunt Io. And. in d. cap. cum causam, de

pro-

probat. & Felyn. in cap. quia iudicante, numero quarto, de præscript. sed quorsum hęc, si nulla signa fuerint designata pro finibus inter Vallem
95 Preti, & saxum Simonis? † nam vbi non est positiuum non cadit superlatiuum, l. vbi autem, ff. de verborum obligat. & l. qui sanè, ff. de aur. & argen. legat. rectius igitur dici potest non esse verisimile, quòd si linea finium esset ducenda à Valle Preti vsque ad saxum Simonis non fuissent positi alij termini propter magnam distantiam inter eadem loca existentem etiam maiorem ea distantia, quæ adest inter ipsam Vallem, & locum Planiuallium, & nihilominus inter huiusmodi loca quinque termini positi fuere, vt constat in instrumento prædictæ diuisionis, vt supra anno 1399. factę inter Martilianum, & Castellatiam, & est etiam multo maior ea distantia, quæ adest inter saxum Simonis, & locum nuncupatum, vt asseritur il prato del Romano, & inter hęc loca ipsismet de Sancto Sixto consentientibus ex asserta transactione, vt asseritur inita cum Sextino fuerunt positi plures termini, vt est videre in ea: & in alia transactione, quę fuit facta anno 1496. inter Frontinum, & Castellatiam, licet non sortita fuerit effectum inter Vallem Preti, & saxum Simonis

fuerunt positi sex termini, vt verè opus fuisset ad diuisionem faciendam d. partis d. territorij controuersi, cum alias in medio impossibile esset, vt portiones diuisæ dignoscerentur; ob id dicunt
96 Doct. † quòd termini debent esse proximi. Specul. in titul. de empt. versiculo si autem venditio, num. 11. Paris. à Put. in c. quoniam, num. 3. de fin. feud. & in ver. continua. de verb. sign. Mont. de fin. c. 1 nnu. 8. adeo quòd caret verisimilitudine, quòd dictum saxum Simonis fuerit datum pro termino huius partis, vti minimè consonans rationi, & iuri communi, & in finibus Castellatiæ magis cadit ve-
97 risimilitudo, † cum termini sint proximi, & sic arrideant, & iuri, & rationi Aym. cons. 75. num. 24. & consi. 135. num. 33. hęc etenim semper est attendenda, etiam pro lege, & dicitur cognata naturæ ex relatis ab Aym. vbi supra, & quod non est verisimile habet imaginem falsitatis. Bal in l. 1. C. de seru. fug. & quòd fines Castellatiæ sint verisimiliores finibus S. Sixti inferius apertius demonstrabitur.

Septimò fundatur intentio Martiliani, & Castellatiæ, quòd publica vox, & fama, ac communis est hominum opinio, quòd Martilianum, & Castel latia à Valle Preti, supra versus saxum Simonis habeant

habeant,& semper habuerint fines territorij com-
98 munis, † quæ quidem fama in antiquis probat fi-
nes d.c.cum causam.vbi Inno.Abb.Fel.Bal.&cęt.
scriben.de proba. Mars.in l.de minore,§.plurium,
nu.78.ff.de quęstio.Bal.d.cons.286.sub nu.1.ver.
Quinimmò statur rusticis,lib.2. Soc.cõs. 86.nu.2.
vol.1.Corn cons.47.n.4.vol.4.Natt.d.cons.672.
num.15.Alba.cons.64.nu.21. Aym.cons.54.nu.
10.Mont.de fin.cap. 55. Iac.de Put. in d.allega.
nume. 26. vbi dicit non adesse contradictorem,
Guid.Papa decis. 194.sub nu. 1.vers. Tertio mo-
do.Menoch.de retinen. poss. Remed.3.nu.583.
Franc. Marc. decis.159.nu.1.Ias.cons.166.nu.3.
Silua.cons.57.num.5. Natta cons.501.num.34.&
506. nu. 37.Cęphal.cons.152.num.34 Grat.Re-
spon. 138.nu.2. vol.1.Montanus de fin.reg.cap.
55. num.10.& seq. Mascar.post alios latè conge-
stos de probat. conclus. 396 numero 1. Bertazz.
consil. ciuili 1. numero 13. & consi.41. nu.108.
lib. eod. hęc etenim fama,& si voce viua probari
possit, attamen est etiam probata voce mortua
plurium personarum exterorum, & nonnullorum
etiam de S. Sixto ex quam pluribus instrumentis
ab ipsis celebratis in diuersis contractibus emptio
num,& venditionum de bonis in loco cõtrouerso
facta-

Digitized by Google

factarum, in quibus met ipsi appellant territorium illud Castellatię, ex qua denominatione, & enunciatione publica oritur opinio, & gignitur fama pro Castellatia, quę tanquam ortum habens à fide dignis, & sint plura instrumenta plenè probat fines ad latè tradita per Mont. de fin. cap. 16. per totum vbi plenè.

Octauò facit pro Castellatia sententia Reuerendissimi Episcopi Ariminensis, tunc Gubernatoris Cesenæ, & in causa finium vertente inter prædictas vniuersitates Iudicis Commissarij anno 1488. in qua declaratum extitit fines Sancti Sixti se extendere tantum vltra Vallem Preti, vsque ad Podium Antigulæ, & quę fecit transitum in rem iudicatam, cap. quo ad consultationem de re iud. cum simil. nam in auctentica forma exhibetur, & illius executio petita fuit citata parte, vt latius infra, in responsione vltima, űersiculo decimoquarto, contra sententiam Vicarij Episcopi Fani deducitur, quod solum debet sufficere pro Victoria Castellatiæ, & Martiliani, non obstante sententia lata à Reuerendo Vicario Episcopi Fani, anno 1489. cum vitio nullitatis laboret ex pluribus deducendis pro responsione
99 ad obiectum super ea fundatum, nam † quod nullum

nullum est, nullum præstat iuris impedimentum, cap. non præstat. de reg. iur. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. cum simil.

Nonò clarum est, quòd homines prędicti sunt prouocati ad Iudicium, vt constat ex literis Illustrissimi & Reuerendissimi Cardinalis Sancti Sixti, mandato Santissimi D. N. & ad instantiam hominum Castri Sancti Sixti scriptis Illustrissimo, & Reuerendissimo Legato Prouincię Romandiolæ, & etiam ex literis ab eodem Illustrissimo Legato exharratis Serenissimo Duci Vrbini, ex causa horum finium, & ideo homines Sancti Six-
100 ti debent censeri actores: nam † licet in iuditio finium regundorum vtraque pars dicatur actor, & reus. l. 3. C. fin. regun. l. iuditium, la secunda, ff. eodem titu. Mont. de fin. cap. quarto, numero quarto, Put. in d. allega. numero 3. & Bero. consilio 77. numero 10. libro 3. verum enimuerò qui prius prouocat dicitur sustinere partem actoris, l. in tribus, ff. de iud. l. secunda, §. fin. ff. commu. diuid. gloss. in d. l. iudicium Bald. in cap. licet causam, numero 28. de probat. Matthesil. singul. 109. Natt. consil. 672. numero 59. Mont. d. cap. 45. numero quinto, Bertazz. consi. Ciuil. primo, numero 140. libro primo, & passim Doct.

ex

ex quo duo inferri possunt, alterum nempè, quòd
101 actor † dum agit præsupponit reum habere, vel possidere illud quod consequi intendit ab ipso. l. nihil aliud. ff. de actio. & obligatione, §. primo, Instit. de act. si enim ipse haberet, vel possideret, non vtique ageret, ergo illi de Sancto Sixto, qui prouocant censentur non habere territorium, ad quod agunt, vel saltem eius possessione carere,
102 sed illud esse apud Castellatiam, & qui † possidet, & deducit dominium, per viam exceptionis illud per præsentem suam possessionem probat. l. prima, ff. fam. ercisc. l. sicuti. §. sed si quæratur. & ibi gloss. in verb. possessorijs, ff. si serui. vendi. l. vti frui. in fin. princ. ff. si vsufru. pet. l. fin. C. de rei vendi. l. 2. C. ne vxor pro marit. Bartol. in l. quidam in suo sub numero quarto, ff. de condi. instit. Doct. in l. naturaliter. §. nihil commune, ff. de acquiren. possess. Bald. in d. §. sed si quęratur Ripa in l. rem quæ nobis, numero 52. ff de acquiren. possess. Paul. de Castr. in consil. 334. à secundo, numero secundo, parte secunda, Ias. consil. 150. sub numero secundo, & versic. non obstat inquantum, libro secundo, Ruin. consilio 55. sub numero septimo, volum. quarto, Rimin. consil. 397. numero 17. volum. secundo, Bursat. consi-

consilio 88. numero nono, libro primo, Boer. decis. 42. sub numero octauo, & 33. & saltem
103 negari non potest, quòd per possessionem † dominium adimatur, & per eam inducatur proprietatis præsumptio Felyn. in cap. ex literis, sub numero quarto, in fi. extra de probat. Bald d.consilio 286. in fi. vbi in terminis nostris Natt.d.consil. 671. numero 13. Hier. d. tract. cap. 67. numero octauo, Crauet. de antiq. tempor. par.prima, sessio viso in hac prima parte, sub numero secundo, mihi car.214. dicunt non esse floccifaciẽdum hoc adminiculum possessionis, & hanc præ-
104 sumptiuam probationem † quippe qui versamur in materia, vt iam dictum est, quæ admittit præsumptiones, inditia, argumenta, & alia quæcumque adminicula, cap. cum causam, extra de probat. gloss. in cap. si Papa, versi.probata, de priuil. in 6. Bald. d. consil. 286. numero primo, Corn. consilio 333. numero quarto, in 1. & consi.142. numero primo, in 3. Socyn. consilio 88. numero 3. in 1. Dec. consil. 42. sub numero 9. versic. his tamen non obstantibus Paris. consil. 27. numero 15. in 1. Natt. d. consilio 672. numero 13. & est communis opinio, de qua per Soc. consilio 86. numero quarto, libro primo, & per Hier. d.

L tract.

Digitized by Google

105 tract. cap. 50. numero 3. † Alterum est, quòd etiam vbi probationes essent pares in dubio ferenda est sententia pro reo absolutoria, l. Arrianus, ff. de actio. & obligat. idem sentit gloss. in d. cap. licet causam, in versi. vti possidetis, de probat. &
106 † in terminis, quòd in iuditio finium regundorum prouocans debeat succumbere: nisi doceat de iure suo, tradit Bald. in d. cap. cum causam, colum. 3. de proba. quem refert, & sequitur Natt. consilio 672. in materia enim finium data paritate reus absoluitur Bertazzol. consilio 261. in prin. volum. secundo, Montanus cap. 48. numero septimo, de fin. reg. Bertazzol. d. consilio primo, numero 140.

Decimò, & vltimo facit, quòd tàm in petitorio, quàm possessorio homines Martiliani, & Castellatiæ iura sua melius probant, ob id debent obtinere in hoc iudicio victoriam Bald. consilio 420. colum. prima, versiculo ffor. reuertendo,
107 libro primo, in † iudicio namque finium melius probans obtinet Bertazz. d. consilio primo, numero 140. libro primo, & Aret. in d. cap. cum causam, colum. 3. versiculo primo, quidem vbi tradit, quòd in hoc iuditio finium, vbi sunt contrariæ scripturæ, & testes, est magis credendum frequen-

quentioribus, & dignioribus, ac magis verisimiliora, & veritati magis apta dicentibus, vt consueuit fieri in alijs etiam causis, cap. in nostra, de testi. & lege ob carmen, § si testis, ff. eodem ti-
108 tulo, † idem dicitur de pluribus † instrumentis antiquis: quæ si sunt inter se varia standum est pluribus, vel melioribus, vt tradit Fel. in d. cap. cum causam, colum. secunda, sub numero quarto, ibi adde, quòd si instrumenta, dicens hoc probari in l. prima, in versicul. sed sicut. ff. de off. quæsto. quòd autem homines Castéllatiæ melius fundent eorum intentionem constat ex eo, quòd habent tria instrumenta antiqua, quæ pro illis probant titulum clarum loci controuersi, vt superius deductum fuit, homines verò Sancti Sixti nullum habent, quod clare de loco prædicto loquatur, & de iure simul subsistat, vt in responsionibus ad cōtraria clarè patebit, deinde ex procesfibus alias de anno 1 4 8 9. & 15 04. factis constat de fama formiter probata etiam temporis immemorabi-
109 lis, vt requiritur, † cum testes debeant deponere famam esse, & communem opinionem, quòd talis limes semper fuerit obseruatus à tanto tempore; cuius memoria non exiltit, in contrarium vt voluit Archi in cap. inter memoratas, 16. quęst. 3.

L 2 Flo.

Digitized by Google

Flo. in l. in finalibus, ff. fini. regund. & Felyn. in cap. cum cauſam, numero nono, de probat. & verè teſtes Caſtellatiæ deponunt, vt etiam dicitur de fama probata, & inſtrumentis antiquiſſimis, illam concludentibus, quod non faciunt inſtrumenta pro parte Sancti Sixti deducta ex his, quæ contra ea dicentur, & demum probatur antiquiſſima poſſeſſio, etiam per inſtrumenta, vt dignoſcitur ex ſententia anno 1373. & alijs documentis confectis inter Martilianum, & Caſtellatiam, & idem Caſtrum Caſtellatiæ, & Frontinum, & etiam recens poſſeſſio continuata, ex renouatione finiũ facta mediante iudice delegato anno 1556. inter Martilianum, & Caſtellatiam: quæquidem probatio dubio procul ſuperat probationes poſſeſſionis factas per teſtes S. Sixti, quatenus aliquid rele
110 uans probarent, vel aliter, † cum in materia probationis finium inſtrumenta ſint maioris roboris, quàm teſtes, vt tradit Fel. in d. c. cum cauſam, nu. 6. vbi dicit nullam meliorem probationem poſſe fieri in antiquis, quàm per inſtrumenta, idem tradunt gl. fi. in c. tertio loco de proba. & Corn. Soc. Alex. Aret. Pariſ. Marſ. Crauet. & Caſſan. in locis relatis à Monta. de fin. cap. 66. num. 5 cum ſeq. Bald. conſ. 420. col. pen, verſ. item notandum eſt,
vol. 4.

Digitized by Google

vol.4.Calcan.cons.89.in fine,Dec.cons.42.num: 9.Ruin.cons.34.nu.4.Soc.cons.187.col.7.vol.2. Bertazz.d.cons.1.nu:8.lib.1.in ciuil.quæ quidem tria vbi concurrunt,nulli dubium,quòd plenè pro
111 bant dominium, † si quidem hæc duo solum habẽ tur pro plena probatione, nempè fama,cum antiquissima possessione de cuius initio non extet memoria,cum notabiliter tradit Bald. in l. atqui natura.§. cum me absentem, ff. de neg.gest.& in l. bonæ fidei,colum.fin.C.de reb.cred.& idem sentit Fely.in cap.veniens, il primo,versi. 1.conclusio extra de testibus, tanto magis vbi adest antiquissimus titulus,& illi correspondet præsens status,nedum respectu possessionis, sed etiam famæ solum,cum tunc dominium dicatur probatum, ex relatis ab Aym.de antiq.temp.par.1.sess. viso in hac prima.nu.2.cum seqq.quòd autem pręsens status correspondeat dominio antiquiori, vt supra probato dignoscitur ex terminis in locis confiniũ antiquorum existentibus, ac ibi auctoritate iudicis affixis, & etiam ex possessione, seu quasi iurisdictionis super loco controuerso hucusque ad hominibus prædictis,& eorũ Dominis conseruata,multifariã,multisq; modis: præsertim aliquibus deductis pro Com. oratio amborum intentioni, ꝙ tuendę

Digitized by Google

tuendę gratia fines communes inseruientibus, quę vti vrgentiora deducam.

Primò etenim occurrit, quòd oẽs Illustrissimi Comites prædecessores pupilli nunc d. Castri Domini per suos Ministros, & Gabellarios exigerunt à transeuntibus, & suum quodcumque genus mercium portantibus per locum differentiæ gabellam, seu pedagium, & præsertim ab hominibus Sancti Sixti, & modo exigunt eandem gabellam tutores moderni Comitis, illi manentes pro exactione facienda, in loco, qui dicitur le scale del sasso, isti in loco nuncupato, il Bottaccio, quæ loca sunt posita, & situata in medio ferè
112 loci controuersiæ: qua propter cum exactio † vectigalium, & Gabellæ præseferat quasi possessionem iurisdictionis loci, in quo exigitur cum nemini liceat in loco, & territorio alterius huiusmodi actus gerere, l. prima, §. in initio. ff. de præ-
113 fect. vrb. l. fin. ff. de iurisdict. omn. iud. † & nemo, qui merum Imperium non habet in loco vectigalia imponere, & exigere valet l. vectigalia, l. non solet. C. noua vectigal. Bertach. in tract. de gabel. in prima parte, Ferret. in tract. de gabell. numero 340. sequitur, quòd Comites Carpinei fuerint, & sint de præsenti in quasi possessione iu-

Digitized by Google

iurisdictionis loci, & territorij huius, ita enim argumentati sunt in his terminis Bald.d. consi.420. sub numero primo, libro secundo, Soc. consilio 187. numero 3. & 15. volum.secundo, Natt.consilio 672. numero secundo, & tertio, Luchi. de Curt. in allegat. pro terra Sancti Saluatoris, quæ pariter reponuntur post tractat. Hier. de Mont. numero 18. Hiero. d. tract.cap.52.numero octauo, Menoch. de retinen. possess. remed. 3. numero 582. Fel. post Bald. in cap. cum causam.ad finem, de probat. Marcus quæst.112.numero 10. secunda par. Alb. consilio 34. numero secundo, Cagnol. in l. fin. numero septimo, ff.de iurisdict. omn. iudic. Bertazz. d. consilio primo, numero 39. in ciuil. nec redditur res non verisimilis ex eo, quòd non adsit aliqua domuncula, in qua huiusmodi Ministri deputati ad exigendum vectigal commorari possent, quoniam domus villarum Castellariæ, & Carpinei parum distant à loco cōfinium, ita quòd ex illis transmitti sępè possunt executores ad inuenienda commissa, & vectigalia exigerda, vt consueuit fieri in alijs locis: nam si in omni parte confinium Domini iurisdictionū vellent construere ædificia, & ibi Ministros tenere, impensę excederent redditus: idcirco hoc red-

ditur

Digitized by Google

ditur verisimile,si quidem actum præsumitur quod est consuetum, argumento l. vel vniuersorum, ff de pigno. action.cum simil.

Secundò quasi possessio iurisdictionis Comitũ, & Pupilli deducitur:quia antiquitus,& à tempore quòd non recipit memoriam hominum in contrarium fuerunt reseruata loca nonnulla communia in territorio illo controuersiæ quolibet anno, & adhuc reseruantur ab hominibus Castellatiæ pro pascuis bouum suorum, nec non siluæ, seu nemora pro lignamine, & bannis, & pœna quibuscunque prohibitum est ibi certo tempore pascere, & ligna incidere. Ponendo insuper saltuarios ad custodienda prædicta loca à damnis, quæ
114 clari possent, quæ t reseruatio, & custodia manifestam probationem, non solum possessionis: sed etiam proprietatis bonorum, & finium faciunt, l. si ita.§. dominus, vbi textus in terminis,ff.de vsu. & habi. l.3.§. Nerua. l.si rem mobilem,ff. de acquiren. possess.l. si ita.§. mulier villæ,ff. de fund. instruct. Bald. consilio d. 420. sub numero primo, versicul.item quandoque Alex. consilio 88. numero 28. libro quinto, Natt.d.consi.620. numero 9. & 20. Guid. Pap. decis. 193. versicu. 4. probantur Iacob. de Put. in d. alleg. numero 21.

Luchi.

Digitized by Google

Luchi. de Curt. in d. allegatio. num. 18. Hiero. d. tract. de fin. regun. cap. 52. numero sexto, & quòd
115 custodia probet possessionem tradunt Brun. consilio 34. numero quarto, Ruin. consilio vltimo, numero 6. 9. & 12. libro quarto, Bertazz. d. consilio primo, numero secundo, Menoch. consilio 147. nume. 17. Mascar. de probat. conclus. 402. numero primo, nostra enim, & non aliena territoria custodire solemus, Ferret. in tract. de Gabell. numero 20. & animaduertatur, quòd reseruatio non est facta à singularibus, nec de pascuis eorum, nec etiam iure priuato, sed fuit facta ab ipsa vniuersitate tanquam de bonis sui territorij, & auctoritate Vicarij loci, etiam cum impositione pœnarum, ob id corruit responsio fundata super
116 eo, † quòd territorium, quò ad iurisdictionem possit esse vnius Castri, vel Dominij, & quò ad rerum singularium proprietatem poterit esse hominum alterius loci, l. libertas, §. sola, ff. ad municip. Castren. consilio 56. videtur dicendum in fi. libro secundo, Mont. de fin. cap. 14. in fin. Menoch consil. 147. numero 17. ita vt territorium, & iurisdictio non habeant qualitatem separatam à rei particularis proprietate, vt tradit Alex. ad Bartol. in l. inter quos, ff. de acquiren. rer. dom.

M Menoch.

Menoch. consilio 21. numero octauo, & ex vno ad aliud vti diuersum inferri non possit. l. Papinianus ex soli, ff. de mino. cum simil. quoniam agitur de prohibitione, & reseruatione pascuorum facta per modum iurisdictionis, & impositio-
117 nis pœnarum, † cuius iurisdictionis, exercitium probat quasi possessionem illius scientibus, & patientibus aduersarijs, §. si quis igitur auth. qui. mo. nat. effi. sui. l. pupillus, §. territorium, ff. de verbor. signif. iuncta l. quoties, C. de seruitu. C. de seruitu. tanto magis cum Commissarius Planani sub cuius Commissariatu aderat Castrum Sã-
118 cti Sixti ibi resideat: † nam ad constituendum, quem in possessione alicuius iurisdictionis spectantis ad principem, sufficit constare præsidem fuisse in Prouincia, cum illius scientia præsumatur, & sufficiat Bartol. in l. si publicanus, §. in omnibus, ff. de publica, & etiam ex vicinitate locorum, vt dictum est, scientia præsumatur, cap. quanto, & capitul. quosdam de præsumpt. cum simil.

Tertiò probatur ex accusationibus, & condemnationibus damnorum in loco controuersiæ datorum, & ex penis ob dicta damna exactis per officiales Martiliani, & Castellatiæ, etiam ab homi-

nibus

nibus Sancti Sixti, nec non alijs exteris, & vicinis ex captura animalium ibi damna dantium: quæ ab eisdem Saltuarijs reperta, capta, & ducta
119 ad officiales Martiliani, & Carpinei fuere: † nam huiusmodi actus iurisdictionis sunt, cum sine iurisdictione geri non valeant, ob id per illos quasi possessio iurisdictionis acquiritur, & conseruatur Bartol. in l. prima, §. si quis hoc interdicto, numero secundo, ff. de itin. actuque priua. Abbas consilio 62. propè finem, libro secundo, Soc. d. consil. 187. numero 19. Iacob. de Put. in d. alleg. numero 14 Natt. d. consil. 672. numero sexto, Ruin. consil. vlt. numero octauo, volum. quarto, Brun. consil. 34. numero quarto, Aret. consil. 42. viso puncto, colum. pen. Bertazz. d. consil. primo, numero 41. & 42. Barba. cons. 18. colum. penult. libro secundo, Corn. consilio 333. numero 26. l. prima, Menoch. cons. 147. numero 15. & corroboratur eo magis, quia non solum animalia Sancti Sixti capta, vt supra fuerunt, per saltuarios Carpinei, sed etiam aliquando animalia Illustrissimæ Comitissæ Planimeleti, & tunc temporis Dominæ d. Castri Sancti Sixti, cum ea agendo communiter expulsa à prædicto loco fuerunt, retiaque pecudum, ibi affixa ablata,

Digitized by Google

quo fit, vt nedum subditi, sed etiam Domina d. Castri ignorantiam prætendere de præmissis non potuerint. Nec obstat si diceretur quòd idem actum fuit circa exactionem pœnarum damnorum datorum in illis locis, quoniam actus prædicti non possunt inferre quasi possessionem iurisdictionis, cum homines Castellatiæ non consenserint, immò obtinuerint vltimo loco præfigi terminum vbi nunc etiam reperiũtur in præsentia Vicarij, & sindici Sancti Sixti ex sententia Diacepti
120 anno 1556. vt dictum est sup. † nam ad huiusmodi possessionem nanciscendam consensus expressus, vel tacitus requiritur illius, de cuius præiudicio agitur Soc. consil. 182. colum. 8. libro primo, Ancha. in cap. sine possessione, 4. quæst. princ. de reg. iur. in 6. & Flor. in l. si constituta, ff. quemadmod. ser. amitt. vel per iudicis sententiam, l. iustè possidet. ff. de acquiren. possess. quæ omnia concurrunt hoc in casu pro parte Castellatiæ, tàm vigore dictarum sententiarum, quàm ex eo quòd homines de Sancto Sixto neglexerunt retractationem earundem laterum etiam in eorum faciem
121 adeo † quòd cum duo insolidũ eandem rem possidere non possint. l. 3. ff. de acq. poss. cum vulg. dicendum est, vel quòd homines S. Sixti non posse-

derint,

derint, vel quòd vitiosa sit eorum possessio, vel potius, quòd fuerunt processati homines eiusdem Castri, vti originarij, vel incolę, ad not. in l. 1. C. vbi de crim. agi. opor. cum alias tamquam ex iudicio nullo non posset resultare alius effectus de iure validus, l. filius, vbi Bar. ff. de interrog. vitio Roman. consilio 224. num. 4. ita respondit Soc. d. consilio
122 287. colum. 7. in fi. vers. præterea. † Hoc etenim, nec natura, nec lex recipit, vt quod tu habes, & ego habeam, & vbi constabit rem esse meam, constabit simul non esse tuam, l. Pomponius, § sed & is. ff. de procurato. quem in proposito allegat. Zas. consilio 16. numero 38. inferendo, vt vbi per eum.

Nec itidem obstat dicere, quòd satisfuit, quòd Comes Planani retinuerit quasi possessionem iurisdictionis Planani, cum intra fines eiusdem Castri sit d Castrum Sancti Sixti, & eius territorium, adeo quòd retinendo dominium vnius, videtur
123 sufficere, † cū quicquid est intra fines iurisdictionis alicuius Domini pręsumatur esse de iurisdictione illius Domini Castri. Soc. & alij in l. prima, ff. de acquiren. possess. Butr. & Abb. in cap. cum nimis, de iureiuran. & Soc. consilio 12. libro primo, quod quidem dominium videtur translatum in-

Digitized by Google

institutam sedem, quæ succesſit in locum d. Comitis quoniam aſſumptum veritate caret, ex quo nihil habet commune vnum Caſtrum cum alio. ſed quodlibet tenet ſuum territorium diuiſum, vt eſt notorium: immò ſi hoc eſſet verum, poſſet dici, quòd hoc ſit allegare ius Sereniſſimi Vrbini Ducis, cum ſit Domini Prouinciæ Maſſæ Trabariæ, ſub qua exiſtit Caſtrum Sancti Sixti, vt homines d. loci, & Comites etiam in omnibus inſtrumentis enuntiauerunt: nam licet idem Caſtrũ eſſet infeudatum à Summis Pontificibus ipſis Comitibus, tempore quo d. Prouincia conceſſa fuit Ducibus Vrbini, nihilominus iura huius feudi debent intelligi conceſſa vna cum d. Prouincia iuxta textum de pace conſtan. §. priuilegia omnia, quem ita intelligunt ibi. Odofre. & Bald. in
124 gloſſ. in verſic. inueſtituram, & quòd † conceſsio feudalis facta de Regno, & Ducatu, cum ſit quid vniuerſale, vt eſt Prouincia, comprehendat etiam feuda illius Regni, & Ducatus alijs prius conceſſa: ita vt feudatarij efficiantur Vaſalli ipſius Regis, ſeu Ducis, tradunt Affl. deciſ. 182. numero 11. & Boſſ. de Regal. numero quarto, & ſic allegaretur ius tertij, quod non eſt excluſiuum iuris agentis, cum Dux ipſe, vti Dominus Frontini teneatur

tur seruare fines prædictos ex sententijs, & alijs iuribus superius deductis, & ob id non potest allegari, l. secunda, vbi omnes, ff. de except. rei iud. vt etiam gubernans d. Castrum non auderet hoc allegare, cum esset contra se irritare carabrones, vt est in Adagio.

Quartò ostenditur ex testimonio Officialium magni Ducis Hetruriæ, qui dum porticum construere voluit sub saxo Simonis, ad commoditatem hominum certo tempore concurrentium ad nundinas, quæ in d. loco celebrantur quolibet anno, consensum, & licentiam eorum Principis iussu à Comite Ioanne patre moderni Comitis construendi, & porticum ibi exigendi requisiuerunt, & obtinuerunt, quæ Officialium Serenissimi magni Ducis, seu potius ipsius Ducis recognitio magnum præstat argumentum, non solum possessionis, sed dominij quod in loco contro-
125 uersiæ habent Comites Carpinei. † Nam cum Officiales prædicti scienter in solo alieno ædificaturi essent: & propterea id sibi de iure non licere, nisi consentiente vero Domino soli non ignorarent, l. si precario, ff. communia præd. l. secunda, C. de rei vend. l. si is contra quem C. de ædific. priuat. §. ex diuerso. insti. de rerum diuis.

Digitized by Google

uis verisimile conijcitur, quòd à vero Domino illud sibi concedi procurauerint, cum sua nil aliud interesset, Comites Carpinei, vel Comites Planimeleti in Dominos illius loci habere, nisi ędificandi ab altero ipsorum vero domino licentiam obtinere, argumento l. merito ff pro soc & propterea cum illum, non autem hunc requisiuerint, expresse de illius non dico possessione solum, sed etiam proprietate testificatur, quod testimonium quanti faciendum, & quantum eius fidei deferrēdum sit perpendi potest ex qualitate personæ mā-
126 dantis: † nam si aliquando cōtingere valet, quòd vnico viro sit ob eius dignitatem, & auctoritatem credendum. Cap. nobilissimus, 97. distinct. Cap. 1. 8. quæst. 3. l. si à bonæ fidei ff de rei vendi. Specul. titulo de testi. §. 11. restat. sub numero 15. sub numero 10. versiculo 19. & Gram. consilio crim. 13. numero 15. cui dubium quòd Principi huic Serenissimo inuictissimo, plenè credendum erit maximè ob vicinitatem confinium, ex
127 † qua præsumatur scientia. vulgat. l. octaui. ff. vnd: cognat. l. si vicinis. C. de nupt. Soc. d. consilio 187. sub numero 22. Doct. in l. prima, ff. si certum petat. & in materia finium vicini præferuntur alijs Bald. d. consilio 420. sub numero primo,

vnde

vnde cum porticus ille sit in medio ferè loci, de quo contrauertitur, & de eo disposuerit Comes Horatius permittendo, & concedendo ædificationem antedictam, dicendum est non solum in possessione loci controuersi fuisse: sed etiam dominium, & proprietatem habuisse alias enim nõ potuisset concedere Officialibus magni Ducis locum illu n Soc. d. consilio 187. sub numero primo. Nec obstat quòd præsumitur hoc fuisse factum ad abundantem cautelam, quæ non debet nocere ad not. in l. testameutum, & ibi gloss. ff.
128 de testam. cum bonarum mentium † sit timere culpam, vbi non reperitur adesse, cap. secundo, §. cum autem, extra de obser. iuran. & non ex certa scientia, ex eo quòd in loco longinquo ipse Prin-
129 ceps habitet, ex † qua longinqua habitatione præsumitur ignorantia, etiam vbi alias præsumeretur scientia Bartol. in l. is potest. vbi etiam alij. ff. de acquirend. hæred. Doct. in cap. fin. extra qui matri accus. poss. Soc. d. consil. 187. Ias. post Bald. Castren. Alex. & Abba. ab eo relatos. consilio 119. in fi. numero quarto, quoniam contrarium apparet ex eo quod in relationibus sibi factis à Commissarijs ab eodem Serenissimo magno Duce, alias in controuersia finium deputatis relatum

N fuerat

fuerat ex finibus positis inter Castellatiam,& Martilianum d. partem territorij perueniſſe ad Castel-
130 latiam in eius portione, idcircò † debet censeri hoc actum virtute tituli præcedentis, l. quædam mulier. ff. de rei vend. cum simil.& in causam magis necessariam, quàm voluntariam. Bartol. in l. qtriticum, ff. de verborum obligat. & in l. fin. C. de alim. pup. præstan. Crauet. consil. 106. numero octaæo, Bald. consil. 31. pater filio. colum. secunda, Menoch. consil. 81. num. 36. & passim Doct. & cum sit opus notum, & permanens non potest dici fuisse ignotum hominibus de Sancto Sixto, qui cum non contradixerint, sibi prejudicauerunt per ea, quæ superius de scientia, & patientia ad possessionem acquirendam dicta fuere.

Quintò corroboratur probatio hæc quasi pos-
131 sessionis iurisdictionis Comitũ Carpinei ex † collectis, quas imponunt, & exigunt Comites super bonis istis in d. loco ab hominibus, ibi prossidentibus Bald. d. consil. 420. sub numero primo, in fin. Socyn. d. consil. 187. sub numero quarto, Hiero. d. tracta. & cap. 52. numero septimo, Luchi. de Curt. in d. allegat. sub numero 15. inter ceteros enim modos, quibus cognoscitur

tur

tur de cuius territorio, & pertinentijs sit locus aliquis, præcipuus ille datur, vt cui soluuntur collectæ, & onera, illius territorij, & iurisdictionis dicatur locus, l. qui ex vico. ff. ad municip. l. nulli. § quod si in uico C. de episcop. & cler. § si quis igitur ex qualibet, vbi textus expressus. Authen. quibus modis nat. effic. sui. l. tertia, C. de natur. lib. & ibi Bald. numero primo, & in l. data opera, sub numero 28. versicul. item bona ratio, C. de ijs, qui accus. non poss. & in cap. cum causam, sub numero sexto, extra de probat. Alex. consil. 23. numero 3. libro quinto, Hier. d. tract. cap. 131
64. numero quarto, Menoch. d. remed. 3. numero 585. Bertazzol. d. consilio primo, numero 40. & licet pro parte Sancti Sixti exhibeatur eius estimum seu librum census, in quo nonnulla bona existentia in loco controuerso reperiuntur descripta: attamen hoc illi nō refragatur quoniā in illo de solutione collectarum non constat, nec quòd fuerint scripti libri per notarium publicum ad scribendum electum, nec etiam sunt antiqui inspecto tempore, quo prima vice orta fuit lis finium interdicta castra, cum inchoata fuerit anno 1488. & liber estimi Sancti Sixti fuerit (vt dicitur) con-
132 scriptus anno 1439. nam † ad hoc vt liber estimi

ad probandos fines antiquos debeat admitti, tria huiusmodi in eo concurrere debent, vt latè demonstrat Bero. consilio 77. numero 14. cum plur. seqq. lib. 3. authoritatibus ibi ab eo relatis vt authoritate Bald. Fel. & aliorum, idem tradit Put. in d. allegat. num. 45.

Sextò accedit descriptio bonorum, quę in loco controuersiæ pro maiori parte possidentur ab hominibus Castellatiæ in appassu, seu catastro eiusdem Castri facto, ex qua descriptione apparet locum illum esse de territorio, & iurisdictione Castellatiæ, & si plenè non probat, probat tamen
133 † maximum argumentum, & signum, quòd bona in dicto catastro, seu appassu descripta sint illius communitatis, accedente maximè solutione collectarum, vt supra deduximus Parif. cons. 53. num. 21. lib. primo, Alex. consil. 92. numero 6. libro 2. Iacob. de Put. in d. alleg. num. 12. & sub numero 21. versic. tertiodecimo. Hiero. d. tract. cap 64. numero 7. Ioan. de Amic. consil. 101. numero 32. Bald. in l. 3. C. de nat. lib. Alex. consi. 23. numero 3. libro 5. Ias. cons. 166. num. 2. lib. 4. Calcan. cons. 34. num. 5. Soc. sen. cons. 205. col. 2. lib. 2. Bologn. cons. 4 colum. 2. versic. capio primum Dec consil. 146. num. 13. Alba. cons. 6. num. 6.

Abb.

Abb.conf. 74.num.5.lib.1.Crau.conf.158.num. 4. Menoch.conf. 147.num.49.lib.2.

134 Septimò argumentor ex eo quòd quamuis † de iure non sit pœnale transportare corpora defunctorum per vicos, & oppida, hoc tamen prohibitum est, nisi pręcedat permissio eorum qui ius permittendi habent, l. 3. diuus Adrianus, ff. de sepul. violat. l. ossa. in princ. ff. de religio. & sumpt. fune. l. nemo. C. eodem titul. Menoch. de arbitr. iud. caf. 387 numero 25 item qui sepulchrum habet, viam autem ad sepulchrum non habet, debet à vicino, & domino fundi impetrare, alias & prohibente cogitur iusto pretio tradito iter consequi l. si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. fun. l. 1. §. itē si mihi. ff. de mort. inferen. l. vtimur ff. de sepul. violat. nec mortuum in alienum locum inuito domino inferre possumus. l. 2. ff. de religio. & sumpt. fun. §. religiosum Insti. de rer diuil. ex quibus colli

136 go quòd † ius permittendi translationē, seu illationē mortuorum per oppida, & vicos, necnon sepelliendi, & cōcedendi viam ad sepulchrū ad verum dominū locorū spectat. tex. qui hoc in terminis decidit l. 2. §. in locū alterius, ff. de relig. & sump. fun. sed mortuo annis elapsis quodā Benedicto Pierio de Castellātia capitaliter bānito de d. loco in saxo

Simo-

Simonis fuit prohibitum ab hominibus Caſtellatiæ requiſitis ab illis de prædicto ſaxo, non ſolum ſepelliri illius cadauer in territorio Caſtellatiæ, ſed etiam eiuſdem corpus ad humandum in Eccleſia Montis Florentini tranſuehi, per locum cōtrouerſiæ, nec etiam per viam publicam, quæ pariter eſt in eodem loco, & ideo ferrentibus cadauer neceſſarium fuit videntibus, & aſſociantibus hominibus Sancti Sixti, viam per territorium Caſtri Martilianæ capere obliquam, & in tactum relinquere locum, de quo controuertitur, ergo manifeſtum colligitur ſignum, non ſolum quaſi poſſeſſionis, ſed etiam proprietatis dicti loci, cum id tantum veris dominis concedatur, vt ſupra deduxi, facitque quod in ſimili de cadauere exhumato adducit in his terminis Iacob. de Put. in d. allega. ſub numero 17. in ſeptimo fundamento. Nec obſtaret ſi diceretur hoc euemiſſe hominibus ſaxi Simonis, qui nullum præiudicium generare potuerunt hominibus Sancti Sixti, quia hoc ego libenter concedo, verumtamen quia habitantes in dicto ſaxo ſunt vicini, & viciniores cæteris omnibus alijs circumcollentibus optimum teſtimonium dant de confinibus controuerſis, tanquam ſemper aſtantes oculis ſuis ſuper loca ipſa,

&

& cęteris, qui testificari in materia possunt præ-
137 ferruntur, quia de his deponunt, † quæ verisimiliter vicinis nota esse possunt. Doct. in l. prima. ff. si certum petat. Bald. consilio 420. sub numero primo, Ioan. de Amic. consil. 25. numero quinto, Fel. in cap. in nostra, numero 12. extra de testi. Afflict. in rub. de iur. protho. sub numero 12. Quamobrem cum ab hominibus Castellatiæ petierint cadauer sepelliri in eorum territorio, & denegatum fuerit ipsis, nec vt per locum differentiæ ad aliam ecclesiam proficiscerentur, sed coacti per territorium Martiliani iter acceperit, manifesta deprehenditur probatio, & declaratio, quòd ille locus ab ipsis vicinis pro loco, & territorio Castellatiæ, & non Sancti Sixti habetur, & tenetur cum alias nec per obliquas magis laboriosas, & magis longas vias ad Ecclesiam Montis Florentini peruenire curassent associantibus, maximè, ut supra dicebam hominibus Sancti Sixti, sed per viam rectam, & publicam mortuum illum detulissent.

Octauò ad alios iurisdictionis actus, quos ibi continuè Comites Carpinei, & eorum officiales exercuerunt additur, quòd Vicarius prædictorum Comitum annis retroactis accessit ad locum cum

socijs suis, & publicè, ac palam illinc ad Castellatiam asportare fecit fructus quoscunque quos inuenit recollectos à d. de Sancto Sixto ad eius pœnam, ex quo terram communis Castellatię coluerat temerariè, & ex eius propria auctoritate illam
138 ingressus erat, † hæc enim executio in loco ipso facta contra hominem Sancti Sixti, per officiales Comitum, illorum iurisdictionem manifestè comprobat, cum sit actus iurisdictionalis, & de illis, qui in hujusmodi finium controuersijs quam plurimum existimantur Bald. in d. l. data opera. sub numero 28. versicul. reddet, ergo rationem Inno. in cap. qualiter, & quando, numero secundo, & sub numero tertio, extra de accusat. Specul. in titulo de test. §. sexto, numero 13. Fel. in cap. licet ex quadam, sub numero secundo, in secunda limitatione, extra de testi. Bald. d. consil. 420. numero secundo, Alex. d. consil. 23. numero tertio, Socyn. d. consil. 187. numero 19. Natt. d. consil. 672. numero septimo, Hier. d. tract. cap. 52. numero primo, cum sequen. Iacob. de Put. in d. alleg. numero 14. Luchi. de Curr. in d. allegat. sub numero 16. versic. quarto probatur Menoch. d. tertio remed. numero 585. vbi quotas allegat.

Nonò

Nonò quòd Comites Carpinei fuerint,& sint in quasi possessione iurisdictionis dicti loci, & homines Sācti Sixti extra possessionem loci,& quasi possessionem iurisdictionis probatur argumento oppositorum, & contrariorum sumpto ex vulga-
139 ta † regula quod operatur propositum in proposito id operatur oppositum in opposito.l si § fin. ff. de leg. 3. §. plus autem, vbi Ias. numero quarto, Insti. de actio. Bart. in l. inter stipulantem,§. sacram, numero tertio, ff. de verborum oblig. in l. quemadmodum, numero secundo, ff.de acquiren. possess. Soc. iun. consilio 16.numero 6. libro tertio, Euerard. in sua cent. in loco à contrarijs, numero octauo, sed vt supra in secundo fundamento deduxi custodia loci inter cętera probat quasi possessionem iurisdictionis in loco custodito, ergo non custodia probat, non custodientem esse extra quasi possessionem iurisdictionis in loco non custodito, ita enim in terminis argumentatur Luchi. de Curt. in d. alleg.in 2. 3. & 4. fundamento, numero 15. cum sequen. At
140 homines de Sancto Sixto † cum custodire iusserint territorium suum per suos saltuarios, mandauerunt illis custodiam à saxo Peschij citra, deorsumque versum Sanctum Sixtum, ergo ab eo saxo.

supra noluerunt custodire, sed ab eo saxo, ad saxum Simonis prætenditur locus differentiæ, ergo locus differentiæ fuit absque eo quòd à prædictis hominibus custoditus vnquam fuerit, & sic sequitur, quòd non sint ipsi in aliqua possessione, nec loci, nec iurisdictionis, quia sicut reliquum sui territorij, per saltuarios ab ipsis deputatos custodierunt, ita etiam custodire curassent locum differentiæ:

Decimò, quòd Castellatia sit in possessione d. loci, & non castrum Sancti Sixti deducitur. Clarè quippe quia homines Castellatiæ habentes agros, & prata in loco controuersiæ, & frumentum & fenum debito tempore, pacificeque, & absque aliquo timore, vel impedimento secant, colligunt, & ad eorum domus debito tempore conducunt, illi verò de Sancto Sixto, timore, & formidine pleni id faciunt festinanter armati, & omne quod de mane colligunt de sero in territorium ipsorum transuehunt, quasi quòd de homi-
141 nibus Castellatiæ timeant. † Quamobrem si ob solam suspitionem, & vanum etiam timorem, quis possessionem, quàm habebat de iure amittit, & omnino perdit, l. tertia, §. si quis nuntiat. l. sed si nolit. l. si id quod, §. fin. ff. de acquiren. poss.

glos.

gloss. in d. §. si quis nuntiet. Alex. in d. §. fin. sub numero tertio, versic. gloss. super 2. & in l. si de eo. §. si fortè. sub numero primo, & sexto, in l. quod meo. §. fin. numero secundo, ff. eodem titul. Bartol. in l. prima, §. interdictum, numero primo, ff. vti possi. Bald in l. secunda, numero 68. C. de serui. & aqua. Felyn. in cap. vigilanti, numero nono, extra de præscript. Corn. consilio 48. numero tertio, volum. quarto, & illi de Sancto Sixto semper suspicantur, & timent, isti verò de Castellatia tuti, ac sine timore vllo possidét, & gerunt ad eorum libitum quicquid ipsis occurrit, fatendum est istos veros esse possessores, illos autem non possidere, & hæc sunt fundamenta ex quibus optimè, & concludenter possessio loci, & quasi possessio iurisdictionis deducta, & proba-
142 ta mihi de iure videtur, † nam si per vnicum actũ iurisdictionalem factum ab hominibus alicuius Castri retinetur omnis iurisdictio, quo ad omnes alios actus ad tradita per Put. post alios ab eo relatos in d. eius allegat. numero 38. non est cur dubitari contingat, quin per tot actus hoc in ca-
143 su fuerit retenta, & per consequens cum † præsens status correspondeat antiquiori, & titulo, & possessione dicatur etiam probatum dominium,

Digitized by Google

vt est generale circa illius probationem, siue agatur de modico, siue maximo præiuditio, vt per Crauet. de antiq. temp. d. par. prima, sess. viso in hac prima per totum, idque potentius vti antiquius omnibus iuribus Sancti Sixti, cum in materia finium, præsertim iurisdictionum, & territoriorum is obtineat, qui antiquiores fines probat, vt superius comprobatum fuit, ita quòd concludendum est ex prædictis constare fines Sancti Sixti, non posse egredi podium Antigulæ, & locum Vallis Preti in præiudicium Martiliani, & Castellatiæ, nõ obstantibus his, quæ incontrarium deducta fuere, cum eorum solutio, & eneruatio facillimè patere possit ex inferius dicendis.

Agrediendo igitur fundamentum primo loco factum pro Sancto Sixto super instrumento diuisionis, seu terminationis factæ inter idem Castellum Sancti Sixti, & Frontinum anno 1413. dico illa verba, & ex inde discedendo, & procedendo in siluas Simonis nuncupatas le selue del sasso di Simone, & per ipsas siluas ad saxum siluarum Simonis, non posse intelligi, vt saxum Simonis fuerit datum pro fine vltimo ex pluribus.

Primò etenim clarum est, quòd aliud est di-

cere

Digitized by Google

cere saxum siluarum Simonis, aliud saxum Simo-
144 nis, & propterea debent censeri diuersa: † nam cum nomina sint rerum significantia. l. prima, ff. de off. præfec. vrb. l. secunda, §. ex actis, ff. de origin. iu. & l. facta. §. in danda. ad Trebellia. cum simil. data diuersitate nominum. inducitur diuersitas rerum, l. si idem, C. de codicil. & ibi Cyn. & l. duo sunt Titij, ff. de testam. tut. & can. cleros, 21. distinct. & capitulo primo, 99. distinct. Alex. consilio 96. numero sexto, volum. quinto, Bertazzol. consilio primo, numero octauo, & cò magis est attendendum nomen proprium hoc in casu, cum nomen d. saxi nedum fuerit, & sit notum vicinis, verum etiam in alijs Prouincijs, &
145 tota Italia: † nam vbi partes habent nota fundorum nomina, tunc debet attendi nomen propriũ, l. patronus, §. primo, & secundo, §. de legat. tertio, & quòd varietas finium faciat præsumi rem esse diuersam, tradunt Paris. de Put. in cap. in probatione, numero quinto, & in c. si finibus, de fini. feu. per l. in testamento ita. la secunda, ff. de cond. & demonstrat. & l. prima, cum ibi not. per Bartol. C. si vnus ex pluri. appella. Matthes de Afflic. decis. 23 numero primo, per not. in l. 2. C. de error. aduota.

Secundò

Secundò non verificatur etiam qualitas in ipsa expressione verborum contenta cum d. saxum Simonis nunquam fuerit de iuribus siluarum existentium inter illud & Vallem Preti, sed semper fuit, & est diuersi territorij, & Domini: nam cum dicant verba d. instrumenti saxum siluarum Simonis denotat, quod fuit intellectum de saxo existente de iuribus siluarum Simonis, cum † genetiuus in dispositione strictè intelligenda, vt in huiusmodi contractibus, l. quicquid astringendæ, ff. de verborum obligat. dominum denotet, vt tradit Soc. consilio 74. numero nono, volum. primo, vel quod aliquo iure sit attributum ipsis siluis ad tradit. per Corn. consilio 25. numero 11. volum. quarto, adeo quòd requiritur, vt sit aliquod saxum siluarum, & etiam Simonis, cum non sufficiat, quod dicatur saxum Simonis, sed opus est, vt dicatur etiam siluarum, quod non verificatur cum solum dicatur saxum Simonis: † nam vbi genetiui simul concurrunt, & idem subiectum respiciunt vtriusque concursus requiritur Corn. consilio 73. numero quinto, volum. secundo, tanto magis cum sine copula vna structura verborum sint coniuncti, seu dicitur de inuestitura concessa per se filijs hæredibus, quæ magis attribuit

146 (margin, beside "stente de iuribus siluarum Simonis")
147 (margin, beside "catur cum solum dicatur saxum Simonis")

illam

illam qualitatem hæredum filijs, quàm si fuisset
148 dictum per se filijs, & hæredibus, † cum verbum
sequēs additum sine copula magis qualificat præcedentia, & tradit Ari. Pinel. in l. prima, parte tertia, numero 90. C. de bon. mat. ex doct. Bart. in l. Prætor. §. erit. numero primo, ff. de iu. bon. rap. & in l. Seiæ. §. Caio. ff. de fund. instruct. adeo quòd cum nec nomen, nec qualitas conueniat; fatendum est, vt de d. saxo eadem verba intelligi non possint, cum ex his tantum identitas rei dignoscatur, vt tradit Mont. de fini. capitulo 85. per totum.

Tertiò, & hoc idem dicendum est, esto quòd nonnunquam dictum saxum nuncupatum fuisset saxum siluarum Simonis, quoniam re vera saxum, vt dictum est, non erat de iuribus siluarum, sed alterius Domini, quo fit, vt contrahentes de illo
149 non censerat, † siquidem verba contrahentium intelligi debent propriè, vt immediatè referrantur ad aliquid. Bartol. in l. ea. §. de illo. in fin. ff. pro soc. & iure, & non fictè, vt de verbis mandati tradit Bald. in l. non abstulit. in fin. C. de no-
150 uatio. † in dubio enim in materia strictè interpretandi verba sint accipenda, cum effecta, ita vt carentia effecta nomine, carere verè dicantur, l.
cum

cum precibus, C. de proba. juxtà illud carmen si rē prjueris, nec nomen habere mereris, quem citat gloss. in cap. admonere, 35. quæst. secunda, præsertim cum partes ipsę in eodem instrumento, vbi de nomine finium ficto, & non vero effectu carente, & in proprio, ac abusiuo existente hæc expresserunt, vt patet in ter. posito, in quadam terra Vgulini Cichi, de Sancto Sixto, vbi addita fuerunt illa verba, videlicet ad vnam partē siluę nūcupatæ silua Cereti Bulcionis, & sic nomina, & veri, & non veri Domini enunciata fuerunt, ex quo argui rectè potest, quòd si voluissent intelligere de d. saxo abusiuè vocato il sasso di Simone vlterius existentę, nomen etiam veri Domini expressissent, vt superius in alio termino,
151 † nam verba dubia declarantur ex præcedentibus, & secundum modum loquendi ipsorum cōtrahentium ad not. in l. si seruus plurium, §. fin. & in l. cum filiabus, ff. de legat. primo, cum simil. & vbi possunt habere duos significatus referri debent ad illum, qui ex præcedentibus colligitur. gloss. secunda, in cap. recolentes, extra
152 de statu monach. & † quòd interpretatio sumatur ex consuetudine loquendi ipsius proferentis, tradit Corn. consilio 165. numero 52. volum. secundo,

cunda, & Bartol in l. centurio. ff. de vulg. & pupillar. vbi dicit, quod verbum dubium recipit interpretationem secundum quòd in alia parte eiusdem dispositionis fuerit positum, sed superius verba denotantia dominium rei posita in alijs finibus, fuerunt expressa, cum nominibus proprijs ipsorum dominorum, ergo & eodem modo sunt prædicta intelligenda, vt scilicet contrahentes censuerint de saxo verè siluarum Simonis, non de alio, tanto magis, cum vt dictum est, vbi fuit appositum nomen fictum, seu abusiuum, vel denominatiuum, fuit vero, & proprio nomine veri domini additum: idcircò si voluissent intelligere de nomine abusiuo, hoc idem fecissent, & cum non fecerint, censendum est, quod noluerint argumento l. vni. § ad deficientis, C. de cadu. tollen. cum simil. & per consequens debent referri ad aliud saxum, verè siluarum Simonis, cum alia saxa siluarum Simonis non defecerint citra Simoniceum, versus Martilianum, vt infra etiam deducetur.

Quartò clarum est, quòd locus differentiæ est diuisus in duas partes à flumine, vel torrente, seu Riuo publico, qui nuncupatur Siminicus: nam huiusmodi Aluei publici, vt etiam viæ publicę di-

P uidunt

153 uidunt territoria, ita † vt actio finium non detur contra occupantem partem viæ, seu fluminis, inter possidentes territoria illos ab vtroque contigua, vt tradit Paris. de Put. de fin. feud. cap. an si via publica, per tot. quem refert, & sequitur Mont. de fin. cap. 37. numero primo, cum seqq. per textum in l. sed etsi loci. in fin. ff. fin. regun. & quòd viæ publicæ diuidant territoria tradunt Bald. in c. ex literis, numero nono, de probat. Franc. Marc. quæst. 111. parte secunda, Bertazzol. consil. 41. numero 13. in ciuili. & non est dubium, quin d. flumen, seu Riuus sit publicus, cum sit Riuus maximus, vt ad oculos patet, & à circumcollentibus pro flumine habetur, vt dignoscitur ex publicis documentis diuisionum prædictarum factarum inter Castellatiam, & Martilianum, & inter
154 eandem Castellatiam, & Frontinum: nam † flumen cognoscitur à riui magnitudine, aut existimatione circumcollentium, l. prima, §. primò, ff. de flum. Cep. de seruit. rusti. prædio. tit. de flum. numero tertio, Mont. vbi supra, & etiam si nuncupatur riuus, idem dicendum est, cum & riui
155 † possint esse publici. l. prima, ff. vt in flum. publi. quæ loquitur de fossa, lacu, & stagno publicis, & per illum textum de riuo publico. Bartol. in

in tract. Tiberia. parte secunda, de insula, ante primam figuram, & Modern. Parmen. in tract. de aluuio. in libro primo, capit. 15. sub numero septimo, idcircò si sunt descripti in instrumento pro confinio, in dubio pro publico accipiendi
156 sunt, † nisi contrarium probetur à negante huiusmodi qualitatem, vt tradit Bero. consilio 140. numero 16. libro tertio, quem sequuntur Moder. Parmen. vbi supra numero sexto, idque optima
157 ratione roboratur: nam † riuus priuatus non est confinis. l. sed si riuus. ff. fin. reg. & vbi consueuit dari pro confinio, necessariò supponitur esse publicum communi existimatione, præsertim vbi hoc fit in pluribus instrumentis, quæ in antiquis probant famam exrelat. à Mont. de fin. capitulo 66. numero secundo, vt hoc in casu, & eò maximè cum etiam pro confinio fuerit datus in asserta transactione facta inter ipsum Sanctum Sixtum, & Sextinum, ac Riparsanam, supposito igitur, quòd locus differentiæ habeat duas partes alteram immediatam contiguam Valli Preti, alteram verò mediatam, ob dictum riuum publicum, & supposito etiam quòd in vtraque parte adessent siluę vulgò nuncupatę le selue del sasso di Simone, & quòd siluis inmediatè d. Valli contiguis ad fuerint ad

P 2 sintque

sintque saxa quippè magna valdè, vt verè adsunt, nempè saxum nuncupatum la Torre del Peschio, Podium Antigulę saxosum, & aliud saxum valdè magnum vltra d. Vallem, continuando rectitudinem lineę præcedentium terminorum, quod etiam appellatur vulgò il passo delle selue, vt ex testibus constat, dicendum est, vt verba dicti instrumenti debeant intelligi de siluis immediatè
158 contiguis, non autem mediatè: † nam vt dictum est supra, verba contrahentium sunt intelligenda, vt propriè, & immediatè referrantur ad aliquid Bartol. in l. ea. §. de illo. in fin. ff. pro soc. & quòd verba semper sint accipienda per prius, & immediatè, & non secundariò, seu contingenter, & mediatè tradunt Bald. & Paul. de Castr. in l. prima, §. huius studij, vbi etiam gloss. ff. de iustit. & iu. & latè Tiraq. in titul. Des inter ali. ac. colum. sexta, versicul. Huic facit gloss. in paruu impressione, quod eo maxime debet procedere
159 in materia confinium, cum † pars diuisa, & non contigua non possit dari pro confinio immediatè, l. quarta, §. vlt. fin. reg. Cępol. de serui rusti. præd. cap. tertio, de via, d. numero 34. Affl. de iure prothomis. §. nono, numero primo, Ioan. de Amic. consilio primo, numero decimoseptimo,

mo, Iaco. Nouell de iure prothomis. §. octauo, numero primo, Menoch. consilio 709. numero 14. volum. octauo, ita vt competat actio finium regundorum, vt dictum est supra quo fit, vt de dicto saxo Simonis dicta verba intelligi non valeãt, sed de dicto Podio Antigulæ iuxta antiquiores diuisiones, sententiam Episcopi Ariminensis, & diuturnam permanentiam eorundem finium, vt superius satis superque ostensum fuit.

Quintò prædicto fundamento adstipulatur, quòd siluæ contiguæ immediatè Valli prædictę verè erant Simonis, & dicebantur vulgò, le selue del sasso di Simone, cum in instrumento, de quo
160 agitur † fuerit ductum in siluas Simonis, illud enim genitiuum denotat dominium propriè, l. si domus, §. fin. ff. de leg. primo, cum simil. & postea ad magis demonstrandum, de quibus siluis intelligeretur, fuit additum nomen improprium, seu appellatiuum earundem, vt in specificando alium terminũ hoc idem factam fuerat, sicut superius deductum est, quod huiusmodi siluę citra Siminicum essent Simonis, enuntiatur etiam in alio instrumento diuisionis finium factæ inter Martilianum, & Castellatiam anno 1399. superius deducto, quo fit, vt verè dicatur constare, quòd dictæ siluæ erant

Simonis,

Simonis, cum verba enuntiatiua plurium instrumentorum inter diuersas personas celebratorum plenè probent dominium, ex relatis ab Aym. de antiq. tempor. parte prima, sect. Ampliatur nunc memorata conclusio. numero 14. adeo quòd dicta verba debent referri ad siluas, nedum appellatas vulgò siluas saxi Simonis, sed etiam verè existentes Simonis, & sic verum nomen, & appellatiuum debent concurrere, quod non verificatur in siluis, quæ fuerunt vltra Siminicum versus saxum Simonis, quia dato quòd aliquando fuissent appellatæ siluæ Simonis, non tamen fuerunt Simonis, seu hoc non probatur, vt probatur de alijs
161 ex publicis documentis, † quæ in probandis finibus sunt maiora roboris, quàm testes, gloss. fin. in capit. tertio loco de probat. quam sequuntur Corn. Soc. Alex. Aret. & Paris. in locis relatis à Hiero. de Mont. de fin. cap. 66. numero quinto,
162 & si vera † denominatio debet fieri ab eo, quod sibi specialius est, potius quàm quòd cum alijs cõmune habet, l. tugurij, ff. de verborum signific. & ab eo, quod potentius Ias. post alios, in l prima, in princ. ff. de verborum oblig. Alex. consilio septimo. numero quarto, libro septimo, Burs. consilio 148. numero 31. libro secundo, & potentius

rius censetur, quod magis specialiter conuenit, l. quæritur, ff. de statu.homi. tradit pulchrè Alciat. in d.l. Tugurij. dicendum est, vt verba prædicta debeant referri ad siluas citra Siminicum, non autem vltra existentes, cum ratione dominij Simonis ab hac vti potentiori iure magis vera, & propria appellatio huiusmodi censeri debeat, præsertim cum vt dictum est in medio harum adsint saxa verè existentia de iuribus siluarum Simonis, & inter cętera saxum magnum nuncupatum saxum siluarum, vt verè erat, iuxta ea, quæ superius deducta fuere.

Sextò aliqua nota dignum est, quòd procedēdo per siluas prædictas ad Podium Antigulæ vsquè, non fit transgressio alicuius vię, nec riui, seu fossati publici præcedendo verò ad saxum Simonis secus est, & sic fit progressus ad partem diuisam,
163 vt dictum est, supra si † quidem flumina, & viæ publicæ tollunt cohærentiam bonorum secundū veriorem opinionem latè relatam à Veron. in tractat.de serui. rusti. prædi. cap. tertio, numero 33. vbi respondet ad iura, quæ videtur facere in contrarium, bene verum est, quòd si via cohæret flumini publico intelligitur esse fundi illi contigui, quantum ad emolumentum, non quantum ad proprieta-

164 prietatem, † quia si impetu aquarum fluminis destrueretur ex eodem fundo reparari deberet. l. si locus, § fin. ff. quemadm. ser. amitt. ob id omnia emolumenta exinde prouenientia debent attribui eidem fundo, non autem dicitur esse fundi, quo ad alios eff. ctus, ob id ius congrui competens habenti prædia cohærentia fundo vendito nō potest habere locum, vt concludit Veron. vbi supra de mente Bald. in tractat. de iure prothomis. in
165 gloss. secunda, † hinc consulunt Doct. vt dicatur in instrumentis contractuum iuxta flumen mediāte via, vt per Paris. de Put. de fin. feud. cap. an si, via publica, in fin. vt quotidie obseruatur, sed circumscripto flumine, & per consequens emolumento riparum, via datur pro confinio, non autem fundus ex alia parte existens, & eo magis dicendum est, vt non intellexerint contrahentes de dicto saxo Simonis, sed de Podio Antigulæ vti verè immediato, & cohærente loco Vallis Preti, ex quo semper vbi in terminis præcedētibus eiusdem instrumenti in affigendo eosdem terminos fiebat transitus per viam, & fossum, seu illorum transgressio, & de vijs, & fossatis, etiam paruis mentio facta fuit, vt est videre in pluribus terminis, quo fit, vt si de siluis mediatis intellexissent,

Riuis,

Riuis, & vijs intermedijs mentionem fuissent, quod cũ non fuerit factum, de his non intellexisse censendum est, tanto magis, cum vt dictum fuit supra, semper ab alijs consueuit in spetie fieri expressio d. Riui in finibus ponendis, etiam ex simplici transitu, vt legitur in d. diuisionibus pluribus factis inter Castellatiam, & Frontinum, qua-
166 rum quidem † instrumenta probant consuetudinem Aym. consilio 134. numero nono, Angel. in l. vetustissimam, C. de iur. dom. imp. Dec. consilio 11. numero nono, Curt. iun. consilio 106. numero quinto, Crauet. de antiq. tempor. prima parte, §. ampliatur, numero 18. Mascar. de probat. conclus. 425. numero primo, consuetudo enim est optima interpres, cuiuslibet dispositio-
167 nis cum vera sit † interpretatio, quæ à pratica sumitur Bald. in cap. primo, de feud. sine culp. non amitt. & nedum consuetudo patriæ ad declarationem actus attenditur, sed vbi ea deficit, vicinorum etiam in odiosis, vt tradit post alios ibi relatos Aym. consilio 118. numero tertio, cum seq. maximè vbi probatur consuetudo ipsius fa-
168 cientis actum, † cum præsumptio inducatur ex consuetudine propria actum gerentis, l. vel vniuersorum, vbi gloss. ff. de pignora. actio. l. sed

Digitized by Google

& Iulianus, §.proinde, ff.ad Maced.l. fi.ff.quod. cum eo. cum simil. hinc dicunt Doctor. quod si appareret quomodo disponens intellexerit verba in aliqua parte instrumenti eodem etiam in alia parte modo sunt accipienda . Bartol. & scribent. in l. Centurio. ff. de vulgar. & pupill. cum igitur verba aliorum terminorum fuerint expressiua locorum cohærentium, & non diuersorum vbi de 5
vijs, & riuis nulla mentio facta fuit, & vbi fuit peruentum ad vias, & riuos de illis clara mentio facta fuit, censendum est, vt non de saxo Simonis abusiuè, sed verè de saxo siluarum simonis existente in loco prędicto Podij Antigulę, vt superius dictum fuit, intelligi debeat.

Septimò in eodem instrumento diuisionis prędictæ in terminis præcedentibus vbi aderat de- 2
scensus inter duos terminos fuit additum verbum descendendo, & vbi aderat assensus in procedendo de vno termino ad alium, additum est verbum saliendo, vt est videre in eo instrumento: idcircò non est verisimile, quòd si partes intellexissent de saxo Simonis Serenissimi magni Ducis Hetruriæ, nihil dixissent de dessensu, & assensu diuersosum 1
locorum inęqualium inter Vallem Preti, & d. saxum existentium, vel saltem de ascensu simplici-

ter

ter cum procedendo ex Valle Preti, ad idem saxum maximus sit ascensus, eo maximè, cum qualitates etiam geminatæ cuiuslibet loci fuerint adamussim descriptæ, quo fit, vt dicta verba debeãt intelligi de loco sub Podio Antigolæ ad quem de Valle prædicta datur accessus abique ascensu, & descensu, potiusque ad dictum saxum valdè eminens, si quidem ex consuetudine loquentis præsumptio oritur d. l. vel vniuersorum cum concor. ibi per glo. aductis, ff. de pigno. actio.

169 Octauò verba cuiuslibet † dispositionis intelliguntur, & recipiunt interpretationem à verisimilitudine, & à natura rei Bald. consilio 343. incip. examinanda sunt, libro primo, Aym. consi-
170 lio 135. numero 33. verisimilitudo † enim habetur pro lege. Oldra. consilio 13. cum quæstio. in fin. & dicitur cognata naturæ Bald. consilio 180. incip. mortuo filio. libro tertio, & passim Doct. in tantum quòd verba magis debent deseruire naturæ contractus, quàm ècontra Bald. in l secunea, versiculo sed iuxta hoc quæro. C. commo. cum innumeris simil. congestis. à Tiraquel. de retract. consang. §. 32. gloss. vni. numero 35. verum verisimile est, & secundum naturam contractus diuisionis horum territoriorum, quòd verba

sint accipienda, vt verè dictum saxum sit pro confinio habili ad diuidenda d. territoria, ergo de Podio Antigulæ, & non de saxo Simonis, cum à Valle Preti, ad dictum Podium adsit distantia tantum quadraginta septem tabularum, & sic concordat cum distantia terminorum præcedentium, & per consequens habilis reperitur ad diuidendum, distantia verò inter dictam Vallem, & dictum saxum Simonis est tabularum tercentum, & quinquaginta, & sic excedens vnum miliare, seu mille passus, & adsunt infinita loca intermedia, ex quibus Vallis cerni, & perspici non valeat, quò fit, vt ex dicti saxi descriptione sola illa pars, non diceretur diuisa, & confinata quandoqui-
171 dem † confinium dicitur quoddam spatium, quod est intra vtrumque territorium quod est commune, & dimittitur, vt euitetur extremitas, & aliquando discordia, quæ posset oriri inter dominos vtriusque territorij, si non esset dictum spatium intermedium, vt pulchrè tradit Paris. à Put. in vers. limes. de verborum signif. iuribus, & actionibus ibi relatis: idcircò inter huiusmodi territoria dari
172 consueuere pro confinibus † flumina, Riui publici, super Montes fossæ, viæ, vepres, & similia notabiliora signa, vt tradit Put. vbi supra, &

Mont.

Digitized by Google

Mont. de fini.cap. 17. & cap.quinto,numero 7. vbi alia enunciat. per quæ satis cuilibet perspicuum esse potest,quòd ad hoc vt territorium dicatur diuisum ab alio,necesse est, vt inter vtrumque adsit aliquod confine,seu quid pro confinio fuerit designatum, vbi territoria finem habent;cum igitur inter Vallem Preti, & d. saxum ex dictis verbis signum aliquod pro confinio non sit positum inter eorum vtrumque territorium,sed bene ex vicinitate locorum debet censeri positum in d. loco Antigulę,cum ex sola illius loci designatione possit ad oculum videri,fines vtriusque ergo d. Podiũ non autem d. saxum debet censeri confinium eorundem,& quòd distantia inter d.Vallem,& d. saxum sit adeo magna,quòd esset necessaria positio plurium terminorum ad inducenda confinia cernitur ex diuisione, seu terminatione facta inter Frontinum, & Castellatiam anno 1496. à Valle Preti vsq; ad saxum, in qua inter ipsa loca fuerunt posita sex confinia, & ex asserta diuisione facta inter Sanctum Sixtum,& Sextinum anno 1491. à d. saxo, vsque ad Siminicum, in quo plures termini fuerunt positi, & distantia eorundem locorum est minor dimidia distantiæ inter dictam Vallem Preti, & dictum saxum, & ob id non est veri-

verisimile, quòd de dicto saxo intellexerint, vti præter consuetudinem distans l. si de interpretatione, ff. de ll. cum simil. & esset contra naturam contractus, cum non diuideret territoria, nec tolleret periculum discordiarum, sed dimitteret eadem territoria partim diuisa, & partim non; & sic vna, & eadem res diuerso iure censeretur contra apertas iuris regulas.

Nonò clarum est in iure; quòd inuestigatio finium
173 fit ex cognitione præcedentium, † cum ea, quæ sequuntur sapiant naturam, & sortiantur conditionem præcedentium, l. quicunque, C. de ap. pub tradit in terminis Mont. de fin. cap. 93. in fin. verum præcedentes termini parum distant inter se, & constituunt rectitudinem lineæ eorum respicientem versus d. Podium, & non d. saxum, ergo terminus sequens eandem continuare debet ad hoc, vt sapiat naturam qualitatem, & conditionem præcedentium per prędicta.

Decimò quod supra proximè dictum est, suadent illa verba d. diuisionis, procedat per rectum:
174 † nam si ducenda est linea per rectum à termino posito in loco Vallis Preti, ad saxum siluarum, necessarium est, vt sit ducenda ad illud saxum cuius frons respicit contra frontem termini, & ècontra

cx

ex his etenim frontibus constituitur vera latitudo, vt tradunt Moder. Parmen. in tract. de Aluuio.
175 cap. quarto, numero 13. cum sequent. & † est taliter linea ducenda, adhoc, vt dicatur transducta indirectum, vt linea frontis, seu latitudinis faciat rectos angulos, vt pulchrè tradunt ijdem Parmen. in capitul. quinto, numero 11. & 21. eod. lib. sit & in contrarijs latè firmatum est, sed non rectè applicatum, nam facies Anguli saxi Simonis debet censeri pars anguli ante existens, & sit acumen eiusdem, cum hæc verè dicatur frons, vt habetur in d. cap. quarto, eiusdem tractat. de aluuio. quæ quidem pars respicit contra Carpineum, non autem contra frontem termini Vallis, & frons d. termini non respiciat contra dictum angulum, nec etiam contra saxum, sed solum latus eiusdem, frons verò respiciat contra frontem termini positi in loco Podij Antigulæ, seu ipsius Podij, vt ex designo ipsius loci, facillimè
176 cerni potest, & quod † frons terminorum, seu caput accipiatur pro angulis appositis tradit Parif. á Put. in cap. ad discernendum, de fin. feud. Mont. de fin. cap. 27. numero septimo, & licet in loco Vallis Preti, non adesset terminus anti-
177 quus, & † nunc esset ponendus, deberet apponi,

Digitized by Google

ita vt haberet respicere caput seu angulos præcedentium per directũ à parte acuta, non autem deberet respicere à lateribus, vt tradit Put. de fi. feu. in capitulo primo, numero 17. & Mont. de fin. capitulo 18. numero quinto, nam si signa respicerent à latera, denotarent finem territorij, Mont. vbi supra in princ. bene verum est, quòd si terminorum latere, seu anguli denotarent, quò l ex transuerso esset trahenda linea, aliter esset dicendum, vt per Mont. vbi supra, sed hoc in casu expresse dicitur per rectum, & termini præcedentes denotant rectitudinem non posse fieri ad saxum Simonis, & angulus saxi denotat idem per prædicta, & sic argumentum in oppositum factũ de facili retorquetur.

Vndecimò vicinitas vltimi termini expressi in qualibet terminatione facta inter ipsas partes, cũ ex vicinitate perspecta eorum omnes videantur ad oculum ferè se coniungere: nam Podij Antigulæ, quod est primus terminus Castellatiæ, & Martilianæ, reperitur parum distans à Turre Peschi, vbi est primus terminus inter Martilianum, & is secundum directionem, etiam aliorum terminorum præcedentium respicit Podium Antigulæ, & idem dicitur de Valle preri, existente propè dictum

ctum Podium, & versus illud secundum lineam præcedentium terminorum respicit: adeo quòd euidenter apparet, quòd Podium Antigulæ est punctus, in quo terminantur territoria Castrorum prædictorum, præsertim cum non sit verisimile, quòd ibi iterum, postquam sunt in angusto loco conducti, cum major distantia vnius ab altero non excedat iactum vnius balistæ, deberent se dilatare in maxima quantitate, ita vt latitudo versus saxum esset ferè vnius milliarij, & sic constitueretur triangulum trilaterum, neutrum quorum laterum respiceret versus Sanctum Sixtum, & vnus angulus, qui constitueretur in dicto Podio Antigulæ, videretur pars ferè separata à residuo territorij Sancti Sixti, tanto magis, cum locus ipse sit vicinus, vt dictum est Martiliani, & Castellatiæ, ob id debent censeri positi fines, vbi magis aptè ad congruè diuidendum, territo-
178 ria cernuntur, † si quidem fines ex aptitudine loci inspecta vicinitate locorum dignoscuntur, & cuiusnam sit locus decernitur, Bald. in dict. capitulo cum causam, colum. tertia, versicul. item dicit Innocent. de probat. quem refert Mont. de fini. capitulo 83. numero tertio, idem tradit Bal. consilio 420. numero primo, & Natt. cons. 672.

numero vndecimo, idcircò magis est verisimile, quòd verba dicti instrumenti intelligantur de hoc loco, & non de saxo Simonis, omnium enim
179 maximè attenditur verisimilitudo † in materia probationis, l. si suo in princ. cum ibi not. ff. de iureiuran. l. ob carmen, §. fin. ff. de testi. capitulo licet causam, vbi Doctor. de probat. ita
180 quòd † propter verisimilitudinem datur fides libro rationum, qui alias non probaret, vt tradit Castrens. consilio 301. ad bene examinandum dubia. colum. prima, libro primo, quem refert, & sequitur Ias. in l. admonendi, colum. decimaseptima; ff. de iureiuran. tradit idem Bald. in rub. C. de fide instrum. & passim scrib. & multum valet ad interpretationem cuiuslibet dispositionis, vt dictum fuit supra.

181 Duodecimò ea interpretatio † sumenda est, per quam actus sustinetur, & vt valet, & non pereat l. quoties, ff. de rebus dub. cum vulg. idcircò debent dicta verba intelligi de dicto Podio Antigulæ cum sit Mons saxosus, vt etiam pro maiori parte saxum Simonis, cum sit Mons saxosus, ita vt per sępè in aliqua parte præruptus reperiatur: nam Mons saxosus saxum appellatur, auctoritatibus relatis ab Ambrosio in eius diction. in

vers.

vers. saxum, ad idem saxum Antigulæ, inquam referri debent, cum alias dispositio non valeret ex quo constabat prius ex sententia lata inter Frontinum, & Castellatiam anno 1373. & sic per annos quadraginta ante dicta diuisionem anno 1413. factam, dominium loci controuersi spectare ad Castellatiam, & Martilianum, vt satis superque supra deductum fuit: nam si expressè de dicto loco Frontinus voluisset disponere circa confinia, credens ea esse sua, pro parte non vale-
182 ret transactio, vt † est gloss. in l. prima, & ibi Bartol. sub numero tertio, l. de offic. procu. Cęsa. nam quod nostrum est sine facto nostro in alium transferri non potest. ff. quod nostrum, ff. de regul. iur. cum simil. debent igitur dicta verba referri ad dictum Podium, nedum ex instrumentis, & sententijs antiquioribus, verum etiam virtute dicti instrumenti contra Castellatiam deducti, cum ex prædictis omnibus responsionibus videatur dubio procul coadiuuare intentionem eiusdem Castellatiæ, & Martiliani, potiusquam illam quoquomodo lędere.

Postremò, vbi prædicta rem claram pro Castellatia non redderent, non est dubium quòd illam saltem dubiam constituant ob diuersitatem

Digitized by Google

interpretationum, quæ super eisdem verbis fieri possunt, quod sufficit ad excludendam intentionem Sancti Sixti super ea se fundantis, quando-
183 quidem † probatio dubia semper interpretanda est contra producentem, l. si quis intentione, ff. de iudic. capitulo in præsentia; & ibi glo. & Doctor. extra de probat. cum concord. de quibus per Marsil. singul. 267. & passim scriben. & in terminis finium vbi instrumenti verba dubia sunt tradit Bald. dicto consilio 286. numero secundo, libro secundo.

Obiectum itidem factum ex sententia lata anno 1489. à Vicario Reuerendissimi Episcopi Fani virtute delegationis Apostolicæ, factæ in personam Episcopi, & subdelegationis postea factæ ab eodem Episcopo ipsi Vicario ex pluribus eneruatur.

Primò etenim dicitur dictam sententiam fuisse, & esse nullam ex eo, quòd nec de originale, nec de copia seu exemplo auctentico, constat, vt non inficiat iudex, necpars, ideo super ea non po-
184 test fieri fundamentum, † cum nō entis nullæ sint qualitates, l. eum qui in prouincia. ff. si cert. pet. cum simil. & paria sunt, quòd sententia non sit lata, & quòd de ea non appareat. l. in lege. ff. de contrah.

trah:emptio. & qui non probat, quod allegat dicitur carere iure. l. Argentarius, §. cum autem, ff. de eden. l. quidam Tabularum, ff. de furt. tradit Bald. consilio 67. quia ex facto, colum. secunda, libro tertio, & in terminis de sententia non producta in forma probanti, tradit Crauet. de antiq. temp. par. prima, sessio. ex præmissis, numero 57. versic. Quintò limitatur. & post alios Menoch. de præsump. libro secundo, præsumpt. 68. numero 22. cum sequen. versicul. Vndecimus est casus.

Secundò vbi citra veri præiudicium de sententia, & processu constaret, omnia eodem morbo laborarent ex defectu subdelegationis eiusdem causæ, quæ non potuit fieri ab eodem Reuerendissimo Episcopo delegato Apostolico in personam d. Vicarij ex eo quòd diuisio territoriorũ est de reseruatis Principi in signum vniuersalis iurisdictionis Imperij, & actus, vt tradit Calcan. consilio 90. incip. quia ista quæstio. numero sexto, quem refert, & sequitur Hier. de Mont. de fin. c. 76. numero 7. Brun. consilio 34. colum. penul.

185 Bertazzol. consilio 41. numero 22. nam † licet delegatus à Principe supremo subdelegare alium in causa sibi commissa valeat ad tradita in l. a iudice.

dice. C. de iud. hoc tamen non procedit, quando Princeps delegasset causam super aliquo ex reseruatis sibi insignum supremę potestatis, quasi tunc videatur electa industria personę Alex. in l. 1. sub numero 91. ff. de offic. eius, & ibi Franc. Curt. in addit. Ias. in l. à iudice, colum. fin. versiculo Tertiodecimo limita, C. de iudi. & quòd hoc procedat etiam de iur. can. tradunt Anto. de But. in capitulo quod sedes, & ibi Imo. numero septimo, & Felyn. numero secundo, de offic. iudi. ordin. Bartol. in l. nequaquam, §. vbi decretum, ff. de officio procon. & leg. Moder. in dicta l. prima, ff. de officio eius, cui est man. iurisdict. & Ioan. And. in addi. ad Specul. in titul. de iud. deleg. §. fin. ex quibus auctoritatibus constat hanc esse communem opinionem.

Tertiò loco eandem sententia censeri debet nulla ex eo, quòd nō constat legitimè de subdelegatione, quò fit, vt Vicarius nulliter processerit, cum pręsens causa ad eum iure ordinario non spe-
186 ctaret, † nec illi asserenti de subdelegatione fides adhibenda est, maximè quia processit absente parte, vt exprimitur in ipsa sententia, cap. cum in iure peritus, vbi scriben. de offic. deleg. imò Procurator Castellatię comparuit ad opponendam

dam declinatoriam, & nunquam voluit consentire, vt videre licet ex actis causę, nec potest fieri fundamentum super antiquitate temporis, quia
187 † mandatum delegatorum, etiam per longissimum temporis spatium non præsumitur maximè in sententia lata contra absentem, vt tradit Iarè Bero. consilio 165. numero 148. cum sequen. libro primo, ostendens hanc esse veriorem opinionem, vt ibi per eum, nec etiam per mille annos, per Grammat. decis. 303. & est magis commun. opinio teste Bursat. consilio vigesimoquarto, libro primo, minusque super eo, quòd fuerat in-
188 timata Comiti Ioanni, quoniam † huiusmodi nullitas potest etiam opponi contra tres sententias conformes, & sic rem iudicatam Bald. in l. prima, colum. secunda, C. si a non comp. iudi. Imol. & Alexan. in l. si de pupillo. §. qui opus, ff. de oper. nou. nuntiat. & etiam non obstante statuto, seu constitutione, quòd nulla exceptio retardet litis ingressum, quoniam non procedit in huiusmodi exceptione, vt dicit Bald. in l. exceptionem, C. de probat. Abb. & Felyn. in capitulo ex parte, de offic. delegat. vbi etiam Imol. dicit hoc procedere, etiamsi in constitutione esset exceptuatus vnus casus, & sequeretur prohibitio

hibitio generalis, & profectò nulla datur maior nullitas, quàm prouenìens ex defectu iurisdictionis, & in competentiæ. gloss. fin. in clem. prima, de sequest. possess. & fruct. & Iaf. in l. quarta, §. condemnatum, col. um. quarta, ff. de re iud. nec refragatur, quòd forsan constat ex actis subdelegationem factam fuisse per interlocutoriam sine
189 testibus, quoniam † subdelegatio non est de actis vt in terminis tradit Felyn. in capitulo quoniam contra, numero nono, & ibi Lanfran. numero vigesimo, Imol. numero decimoquinto, & Innocent. & cęt. de probat. Archid. & Ioan. And. in capitulo à subdelegato. de officio deleg. in sexto,
190 nam † licet in his, quæ sunt verè de actis non requirantur testes, secus tamen in alijs, vt de mandato procuræ, quod si fieret penes acta sine testibus non valeret, prout Bald. in rubr. C. de fide instrum. sub numero quarto, vbi hanc theoricam tradit, & quòd delegatio non probetur apud acta sine testibus tradit Butr. in d. c. quoniam contra, & profectò non creditur notario sine testibus, nisi de actibus gestis coram iudice in his tantum quæ sunt de actis dict. capitulo quoniam contra, de probat.

Quartò dicta sententia est nulla ex defectu citationis,

tationis, ex quo in ea solum enuntiatur, quòd quidam Leonardus vti Procurator Comitis Castellatiæ, & alius vti syndicus eiusdem fuerunt citati ad hospitium Angeli, absque eo, quòd contineat dictum hospitium esse habitationem eorundem procuratorum, vel pro domicilio fuisse ab ipsis, seu à iudice electum, & etiam sine scriptis facta fuit, nullaque adhibita diligentia inueniendi citandique personaliter. Clarum enim in iure est,
891 quòd citatio † ad domum non valet, nisi in subsidium vbi persona haberi non potest. gloss. in capitulo causam, de dol. & contum. quam communior Doct. sequitur tradit Abb. consilio 83. libro secundo, & fuit originale dictum Innocen. capitulo significati. de testi. ita vt simplex relatio nuntij de citatione facta domi non sufficeret non constito de diligentia. Alexand. consilio 137. column. tertia, versiculo præterea libro secundo, Abb. consilio 84. libro secundo, Dec. consilio 449. visis dubijs, libro quarto, etiam si id fieret de mandato iudicis: quia commissio illius intelligitur ordine iuris seruato, vt per Dec. d. consil. 449. numero quinto, & Alexan. consilio secundo, numero secundo, libro tertio, Claud. Cantiunc. consilio 27. numero 61. & 62. Bursat. cons. 225.

numero decimoseptimo, libro secundo, vt etiam non sufficiat relatio citationis factæ domi, nisi subdat solitæ habitationis, vt tenet Alexan. consilio secundo, consideratis, colum. secunda, versiculo alia ratione, libro tertio, & quòd vbi † fit
192 sine literis tabellionum, vel testibus oretenus simpliciter citatio domi, non valeat tradit Specul. in titul. de cit. §. sequitur. versicul. sed nunquid sufficit denunciatio, quem sequitur Bald. in l. vt per potius, colum. tertia, versiculo attendi. C. de
193 annal. excep. & † quòd contra contumaces etiam citato ad singulos actus in curia Romana, vbi commissio emanauit, soleat fieri citatio per literas contradictarum tradit Vant. de nulli. sub rub. de nulli. ex defec. cit. num. 111.

Nec refragatur electio dicti hospitij facta in citatione executa contra principales, quoniam ij nunquam fuerunt citati, sed solùm dicti procuratores, quibus non fuerat constitutum dictum hospitium pro domicilio. Amplius dico, quòd cum dicti procuratores semel comparuerint citra consensum in iudicem, & etiam admissi fuerint à iudice, tamquam tales, vt est videre in processu facto coram subdelegato sub die vigesima Iulij, & etiam alijs diebus, electio cominata hospitij, de

qua

Digitized by Google

qua in primis literis citatorijs risoluta, & circundata fuit ex illa prima comparitione, ita; † vt
194 in posterum debuissent citari singulariter ad reliquos actus faciendos, vt post Bartol. Ioan. Ant. Paul. de Cast. Felyn. & Mill. tradit Vant. vbi supra, numero 113. nisi tamen recessissent, de quo constare debet, & postea per audientiam contradictarum citari, seu ad domum habitationis ad id electæ debuissent, vt per Vant. ibidem num. 114. immò posset apertè dici, quòd constet de non recessu, quia procurator Comitis Planani non nulla acta die 17. mensis Augusti in præsentia dictorum procuratorum, deinde die sequenti absque aliqua alia diligentia ad dictum hospitium eosdem citari fecit, ad videndum recipi testes, & fulminanter fuit deuentum ad sententiam, vt infra dicetur, sed super hoc non insisto, cum satis sit in processu, non constare de recessu, nec de aliqua diligentia necessaria per prædicta. Quinimmò dico, quòd Vniuersitas Castellatiæ non fuit prima vice citata, vt requirebatur, cum relatio fuerit facta de citatione facta de syndicis nulla alia expressione numeri, & nominum, quò fit, vt ci-
195 tatiò fuerit nulla: nam † citatiò syndici non constituit vniuersitatem in contumatia. Bartol. in l fi.

ff. quod cuiusque vni. nom. l. municipibus, ff. de condi. & demonstrat. debebat igitur Vniuersitas Castellatię primo loco citari, iuxta theoricam Bar. in extrauag. ad exprimend. in versi. citatio. & Iasfred. Balb. decis. 80. fol. mihi 36. & Feder. Schen. de in ius vocan. numero 34. idque procedit, etiam in priuatis, qui si sunt præsentes debent citari, ita
196 vt t citatio non possit incipere à procuratore sicut tradit Ias. in l. 3. ff. de procur. & ibi etiam Paul. de Cast. immò si Magistratus syndicorum potuisset citari idem esset, quoniam sunt quattuor, adeo quòd relatio de syndicis citatis cum contineat nomina designantia corpora singularia, posset verificari de duobus tantum, & non de maiori numero, vt tradit in simil. Oldr. consil. 100. & Staphil. de rescript. parte secunda, versi item incurrerit fol. mihi 169. maior enim pars debebat citari ad trad. per gloss. & scrib. in capitulo cum inter. extra de electio. ex quibus mihi videtur plenè constare citationem de Vniuersitate fuisse omissam, & de syndicis nullam, & per consequens redentem sententiam nullam ex defectu tum omissionis, tum nullitatis. Innocen. in capitulo præsenti. colum. secunda, de rescript. & in capitulo querelam, propè finem, versiculo si enim legiti-

ma

ma citatio. de procur. Bald. in Margar. in versiculo citatio, versiculo primo, & quòd citatio nulla faciat sententiam non valere tradit Bald. in l. properandum, §. & si quidem, C. de iudic. & Alexan. in l. accusaturus. de adult. & hæc nullitas

97 inter † alias est potentissima, vtpotè defensionem recipiens, quæ à iure prouenit naturali. l. vt vim, ff. de iust. & iur. cum simil. hac de causa diuinæ, & humanæ leges prohibent, quem absentem non citatum damnari. cap. absens. & c. caueant 3. q. 9. l. ea quæ. C. quomo. & quando iud. & l. de vnaquoque. ff. de re iud. cum simil.

Quintò detegitur euidens, & notoria nullitas ex eo, quòd coram eodem iudice delegato fuit facta productio nonnullorum actorum eius causa factorum coram Reuerendo Vicario Reuerendissimi tunc Episcopi Vrbini, vti iudice prius in eadem causa à Summo Pontifice delegato, & protestatum de pendentiá dict. litis, cuius commissio

98 priori loco facta † vitiat secundam commissioné de prædicta mentionem non facientem. glo. ordinaria, in capitulo super literis, de rescrip. cap. inter monasterium, de re iud. cum simil. nec processus ad vlteriora post nullitatem oppositam, & scientiam habitam dependentia litis prodest Felyn. in capi-

Digitized by Google

capitulo super literis, sub numero trigesimoptimo, de rescript. tanto magis partitus absentibus, & procuratoribus, non habentibus speciale mandatum ad prorogandum, vt hoc in casu, vt per Felyn. ibi numero 33. cum sequent. cui nullitati super addita fuit alia notabilior nullitas, cum iudex videns partem nolle recedere ab huiusmodi obiectione processit ad sententiam sine causæ cognitione præcipitanter: nam die decima octaua mensis Augusti citatis procuratoribus Sextini, & Castellatiæ ad dictum hospitium, esto quòd die præcedenti comparuissent, coram iudice, fuerunt pro parte Sancti Sixti inducti quattuor, vel quinque testes, die decima nona fuit posita publicatio attestationum, & totius processus, & institum dari terminum ad accipiendum copiam de productis, & probatis, secundum formam iuris, & sacrarum constitutionum cum termino competenti ad opponendum contra, & iudex attestationes testium cum toto processu publicauit, cum termino ad primam ad accipiendum copiam de productis, & probatis, & ad opponendum contra, die verò vigesima fuit petita, & obtenta compulsio, & interlocutio super conclusione in causa, renunciando productioni, & probationi, secundum

cundum formam constitutionum, & deinde incontinenti fuit mandatum notario, vt deberet assignare omnia acta instrumenta, & iura causæ procuratori Sancti Sixti, monendo partes ad primam iuris ad allegandum, & die vigesimaprima fuit posita, & obtenta monitio ad diem sequentem ad audiendam sententiam, & termini ad allegandum, quam eo die protulit, vt hæc confinat ex actibus exemplatis ad ostendendam nullitatem huiusmodi: nam pars petendo alteram nedum moneri ad audiendam sententiam, sed etiam ad allegandum, supponit clarè tunc non edocuisse iudicem de negotio, quòd modo eodem die, quò fuit prolata sententia eundem iudicem informauerit plenè stantibus attestationibus, & alijs iuribus enunciatis in ipsa sententia caret verisimilitudine, cum vix termino duorum, vel trium dierum legi tantum potuissent acta, & multo minus iura partium in tam graui negotio scrutari, quò fit vt censeatur ipso iure nulla, siquidem
199 † vbi vna die processus causæ præsentatur iudici, & ipse altero die pronunciat sententia tanquam causa non cognita, & non visis actis lata, censetur ipso iure nulla, cum intra tam breue interuallum temporis non præsumatur potuisse merita

rita

rita illius cauſæ videre, ac maturè ſuper his conſiderare ſu lex, ob id vti temeraria nulla, & iniuſta cenſenda eſt, vt poſt plurimos Doctor. auctoritates aſſerens hanc eſſe veriorem opinion. tradit Vant. de null. ſub rub. de null. ex defec. proceſſ. numero 34. cum pluribus ſeqq. & latè Anto Gabriel. in ſuis commun. concluſ. titul. de ſenten. concluſ. ſexta, numero quinto, verſicul. & hinc eſt, libro ſecundo, poſt innumeros auctores ibi ab eo relatos, vbi huiuſmodi concluſionem ampliat, etiam in ſententia ſupremi Principis Anchar. conſilio 255. colum. prima, verſic. quo ad primum. Dec. conſilio 44. numero 17. verſiculo ſecundo principaliter Aym. conſilio 153. colum. prima, verſicul. & faciunt iura: Nec cadit
200 præſumptio ex aduerſo deducta, quia † licet præſumatur pro ſententia, maximè in antiquis ex relatis à Gabriel. ſub d. titul. de ſenten. concluſ. quarta, numero 34. attamen poteſt probari contrarium, vt probatur ex ipſis actis. Ruin. conſil 34. colum. prima, in fin. & ſequen. volum. quinto, Pariſ. conſil. 125. in fin. volum. primo, quos refert, & ſequitur Gabr. in loco proximè citato, numero 33. & Crauet. de antiq. tempor. parte prima, ſeſſio. ex præmiſſis, numero 56. & profectò

ſi

si pars volebat eadem hora allegare, necessariò fatendum est, quòd plenè non edocuerit iudicem de negotio, quo casu cessat dicta præsumptio Bald. consilio 375. numero quarto, volum. tertio, quem sequitur Gabriel. dicta conclus. sexta, in fi. tanto magis cum non constet de præsentatione processus ex ipsis actis continuatis, immò constat etiam ex alio de præcepitatione, cum mandauerit tradi processum à notario antequam discederet de banco, quòd erat impossibile, quia exemplatio attestationum, & totius processus ob illius magnitudinem non poterat fieri etiam triduo, & sic non poterat esse facta tempore quò fuit promulgata sententia, ex quo duo sequuntur, alterum nempe quòd non poterat esse edoctus de negotio ad euitandam obiectionem ad trad. ab Aym. consilio 129. col. prima, vers. Non obstat itaque, alterum, quòd iniustè & pręcipitan-
201 ter processerat † mandando impossibilia, quę non obligant. l. non dubium, C. de legi. l. continuus, §. sub hoc. ff. de verborum obligat. cum simil. quo fit, vt præcipitatio, & festinatio nimis sit in propatulo, adeo quòd clarum est, quòd d. cognitio causæ adhibita non fuit, quæ cum sit de iure diuino Abb. in capitulo primo, de caus. pos-

T sess.

sess. & proprie. quem sequitur Felyn. in capitulo Ecclesia. colum. 12. versiculo secundo. not. de constit. dubio procul redditur sententia ipso iure
202 nulla, vt dictum fuit, ita † vt non mereatus executionem Bartol. in l. prolatam, in fine. C. de sent. & interloc. omn. iudic. Gemin. in capitulo ponderet. 50. distinct. Barbat. in cap. super quæstionum, §. intentionis, de off. delegat. Ancharan. consilio 188. Castren. consilio 248. numero 3. tertio, volum. secundo, Felyn. in cap. Ecclesia S. Mariæ, numero 14. de constit. Marſ. in rub. de fideiuss. num. 97. Bursat. cons. 226. num. 71. vol. 3. eo maximè cum si maturè causæ cognitio fuisset adhibita, non deerant iura, quæ poterant deduci pro defensione iurium dictæ Castellatiæ, vt demonstratio est ad saturitatem prædictis adstipulatur, quod & iudex, & pars professi sunt vellè seruari terminos constitutionum in prędicto processu; & nihilominus contrarium constat fuisse exequutum, si quidem constitutiones statuunt maiores dilationes ad prædicta per agenda absq; inculcatione terminorum, vt factum fuit, ob id
203 processus fuit nulliter factus, cum † ordo datus à statuto, seu constitutione aliqua, immò quælibet leuis solemnitas censeatur tradita pro forma,

ita

ita vt illius omissio indistinctè reddat processum nullum, vt post Bald. Felyn. & plura iura ibi adducta tradit Vant. de null. ex defec. process. numero 54. cum sequent. Nec opitulatur allegare alia adesse acta, quia vltra quod eorum continuatio arguit contrarium hoc non debet præsumi,
204 cum † sufficiat parti producenti acta negare alia extare nisi aduersarius contrarium probet. gloss. in l. cum de lege ff. de probat. quæ communior est approbata teste Curt. iun. consilio 150. colum. quinta, post medium, & post Bald. Rom. Castren. Alexand. Ias. & Curt. latè tradit Crauet. de antiq. tempor. parte prima, dicta sectio. ex præmissis, numero 55. vbi numero sequen. obiectum tollit.

Sextò alia ipsius sententię nullitas noscitur ratione incertitudinis: nam ipsa sententia in declaratione locorum controuersorum refert se ad librum estimi, & instrumenta exemplata à certo
205 notario, de quibus non constat ob † id redditur sententia incerta, & ex consequenti nulla. l. penult. & fin. C. de senten. quæ sine cer. quant. Bartol. & Doctor. in l. ait Prætor. §. primo, ff. de re iud. Alexand. consil. 187. colum. secunda, libro secundo, Dec. consilio octauo, numero sexto,

T 2 &

& in simili casu tradit Ruin. consil. 146. numero octauo, libro quarto, quòd sententia, per quam quis absoluitur à petitis nulla sit ea incertitudinis ratione non constito, quæ & qualis fuerit petitio, idque procedit etiam in casibus, in quibus de iure speciali admittitur libellus generalis, & incertus, de quibus in l. prima, ff. de eden. cum in his quoque sententia debeat esse certa, vt tradit idem Ruin. consilio 133. numero decimosexto, cum sequen. libro quinto, † quinimmò re-
225 ceptum est non valere sententiam si referat se ad instrumentum, quòd in actis non sit productum, & si aliàs reperiri possit, vt post Bartol. in d. l. ait prætor: §. primo, de re iud. tradunt ibi eorum scriben. & in cap. cum venerabilis, de except. & in terminis de laudo se referente ad instrumentum, de quo non constat, quod non releuat tradit Pau. de Castr. consil. 139. num. 5. in antiquis, & Osasc. post Grauet. in decis. 39. num. 4.

Nec refragatur de iure, quòd licet dicta sententia referat se ad capitula, positiones, & instrumenta, tamen specificè exprimit nonnulla loca, dum dicit, & maximè omnia bona, & loca existentia in fundo &c. in quibus redditur certa, & ob id videtur quo ad ea valida, quoniã respõdetur, quòd illa

207 illa dictio † maximè, nedum idem ius in omnibus, etiam non specificatis statuit, sed etiam denotat maiorem rationem esse in specificatis glo. cum ibi notatis in ver. estimari. in l. illud, ff. ad l. apud, l. prima, §. vel maximè. ff. de coll. bono. glo. in c. primo, in vers. maximè, & ibi Gemin. de renunc. lib. 6. statque augumentatiuè, & non diminutiuè Bald. consi. 13. statuto Ciui. Asten. col. 2. libro 3. & quòd illa dictio, maximè, etiam vbi post genus enumerantur species, non restringat genus, sed stet comparatiuè, & non exclusiuè. idest demonstret maiorem rationem esse in casu expresso, non autem excludat casus non expressos, tradit post Gemin. & Socyn. in locis ab eo relatis Aym. consilio 227. numero 10. lib. secundo, adeo quòd ex incertitudine aliorum non expressorum in certa redditur, ob id nulla in totum ratione indiuidui tatis d. sententiæ, quæ dignoscitur ex conceptione verborũ, ex natura rei, & qualitate dispositionis; ex verborum conceptione, quoniam cum illa dictio, maximè includat vtrunque vt dictum est, facit rem esse indiuiduam, vti sub vna, & eadem conceptione verborum comprehensam, vt post alios tradit Alexan. consil. 80. in causa, & lite, colum. secunda, versiculo posset etiam dici lib. 7. vbi ex hoc

autumat

Digitized by Google

autumat confessionem vtt indiuiduam non posse pro parte acceptari, & pro parte respui, ex natura etiam rei, cum agatur de diuisione territoriorum, quæ facta in parte tantum non valet: l. in hoc iudicio. ff. famil. ercisc. secundum Bald. in l. secunda, C. de rei diuis. ex qualitate etiam dispositionis, siquidem † sententia dicitur indiuidua,
209 ita vt non possit pro parte valere, & pro parte non, vt per Bartol. in d. l. in hoc iuditio. ff. famil. ercisc. & plenius, in l. secunda, C. de re iudic. Bene. Cap. in capitulo cum inter de re iudi. vbi tum non adsunt capitula seperata, sed connexa, vel vnicum capitulum habet, vel vbi in ea deducitur indiuiduum, vt per Io. de Por. in l. superlatiuum. in § primo, de verborum obligat. vt hoc in casu, cum fuerit actum vnica actione finiũ regundorum; non autem pluribus, ex quo sequitur, quòd sententia sit indiuidua, vt tradunt Doctor. præcipuè Alexan. & Ias. in l. sine debemus, ff. de verborum obligat. etiam si plura petantur, l. si qui separatim, § primo, vbi Bartol. Angel. & Imo. ff. de appell. Bartol. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. edita C. de eden. vbi Alex. numero quarto, Bald. numero 94. Ias. nume. quinto, Bursat. consilio 219. numero septimo, libro

secun-

ſecundo, & conſequenter, ſi eſt nulla in parte cenſeri debet nulla in totum, vt voluit Ruin. in ſimil. terminis conſil. 12. numero quarto, libro tertio, & latius Hieron. Gabriel. alios referens conſil. 56. numero ſecundo, & hac ratione, vbi
210 † plures res vnica actione petantur, ſi iudex pronunciat ſuper aliquibus, & non ſuper alijs, ſententia eſſet in totum nulla, ex quo non imponeret finem controuerſiæ.vt eſſe debet l. terminato. C. de fruc.& lit. expen. gloſſ. & Docto. communior in l. prima, C. ſi aduer. vendi. latisſimè Felyn. in capitulo cum inter. de re iudi. quod verificatur in hoc propoſito, quia quo ad loca, & bona, in quibus ſententia refert ſe ad ſcripturas, quæ non reperiuntur perinde eſt ac ſi non eſſet pronunciatum, argumento l. quarta, §. condemnatum, ff. de re iudi. §. ſed ſi non eſſet pronunciatum ſententia in totum non valeret, vt ſupra dixi, ergo idem hoc quoque in caſu eſſe debet: Accedat his decis. Bartol. in dict. l. ait Prætor. §. 1. quæ communior recipitur, vt ibi per Rip.
211 numero decimo octauo, quòd † licet valeret ſententia, qua iudex condemnat reum ſub conditione ſi probatum fuerit tamen ſi poſtea reperiatur pro parte tantum probatum, & pro parte non

nulla

Digitized by Google

nulla erit in totum, ita vt non possit sustineri, etiam quò ad partem probatam ratione prædicta.

Septimò se offerret alia notoria iniustitia, & nullitas, ex eo quòd disponit omnia loca existentia in loco detto il Siminico, & inter illum locũ, & alia loca in dicta sententia expressa esse de territorio Sancti Sixti, quod erroneum esse detegitur ex euidentia loci, quoniam Siminicus est flumen, seu Riuus publicus, vt dictum est supra, & descendit vsque ferè ad finem territoriorum Frontini, & Castellatiæ, ita vt res ridicula foret dicere, quòd totum illud ab eo loco, vsque ad saxum Simonis esset de territorio Sancti Sixti, cum comprehenderet, nedum territorium, sed etiam Castrum Frontini cum decurrat inter Frontinum, & Castellatiam, & vbique vocatus eo nomine, ut est videre in alijs diuisionibus factis inter Castellatiam, & Frontinum, quo fit vt d. sententia sit ipso iure nulla, ita quòd absque ope appellationis quandocunque retractari valeat, vt tradit Bald. in l. prima, in fin. C. sent. rescin. non poss. per l.
212 confessionibus, ff. de interro. actio. nam † sententia, quæ per euidentiam facti nulla est, nunquam transit iniudicatum, cap. fraternitatis, & ibi.

ibi. Innocen. & alij de frigi. & malefi. Alexand. consilio 63. libro tertio, Iaſ. consilio vigeſimoprimo, Venerabilis, colum. ſecunda, libro primo, Iaſ. vbi ſimilia congerit in l. prima, ff. de oper. nou. nuntiat. ad oculum enim patet quantum ſe protendit Siminicus: immò idem dictum fuit in eadem ſententia de omnibus locis exiſtentibus in fundo nuncupato vulgo la Valle del Prete, & nihilominus ex inſtrumento coram eo producto à Procuratore Sancti Sixti, conſtat dictum locum fuiſſe datum pro confinio inter dictum Caſtrum, & Frontinum, & per conſequens eſſe cō-
213 mune inter dicta Caſtra, ſi quidem † confinia, nedum ſunt communia ex traditis à Mont. de fini. capitulo vigeſimoquinto, ſed etiam, quæ naſcuntur in illis communia ſunt ex traditis à Mont. de fini. capitulo vigeſimotertio, in fin. adeo quòd clarè conſtat dictum iudicem erraſſe, & hunc errorem dicitur etiam eſſe expreſſum in ipſa ſententia, cum dictum inſtrumentum in ea referatur,
214 † nam ſententia habens expreſſam relationem ad quemlibet actum vbi ex illo iniquitas apparet, dicitur continere notoriam iniquitatem, quæ operatur, vt dicatur nulla, ita quòd non tranſeat in iudicatum, vt eſt magis communis opinio ſcri-

bentium secundum cumulatas auctoritates ab Antonio Gabriel. in tract. commu.concl.tit.de sent. concl. 10.num.6.

Octauò dicitur eadem sententia nulla ex defectu citationis omissæ contra vniuersitatem Frontini, quæ habet territorium in medio inter Sancti Sixti, & Castellatiæ territoria, vt homines Sancti Sixti non inficiantur, immò hoc pro eorum fundamento adducunt, præsertim cum Frontinus tunc temporis prætenderet illudmet territorium ab angulo saxi Simonis versus Martilianum esse suum, cum vltra non posset prætendere, vt dictum fuit supra, & eodem tempore super hoc mouerat litem, & fuit facta transactio anni 1496. quæ satis apertè hoc demonstrat, licet vigore sententiæ arbitralis latę anno 1373. prolatæ, & de nouo repertæ retractata fuerit, quo fit, quòd dubio procul tractabatur ęquè principaliter de interesse Frõtini, cuius vniuersitas ob id debebat citari. l. de vnoquoque, ff. de re iudica. cum simil. & quòd
215 citari † debeant, qui principaliter lęduntur, & non in consequentiam, tradit Bero. consilio trigesimo, numero decimonono, libro secundo, & passim scriben. cuius citationis omissio quantæ sit efficatiæ ad reddendam sententiam nullam superius

perius ostensum fuit: quæ eo magis prodesse debet Castellatiæ, ob ius in eam translatum à Frontino, si quod habuisset in dicta parte dicti territorij in dicta sententia, seu transactione, vt supra facta anno 1504 vt in ea videre licet: nam
216 † singularis successor habet ius excipiendi de iure sui auctoris, l. si sibi, §. pactum, & ibi Alex. in princip. ff. de pact. Bartol. in l. si tertius, §. si prius, de aqua plu. arcen. & Cano. in capit. quia v. extra de iudi. & quòd habeat ius defensionis, & retentionis, tradit Alexand. in d. l. si tertius, §. si prius, de aqua plu. arcen. per l. 3. & ibi Bald. C. quod met. cau.

Nonò constat de inefficacia dictę sententiæ contra Castellatiam latæ ex eo, quòd nunquam hominibus Castellatiæ, sed solum Comiti intimata fuit, & per consequens non potest executioni demandari stante facultate appellandi quan
217 decunque habita notitia, cum † tempus appellandi non currat, nisi a die scientiæ, gloss. Salyc. & alij in authentica hodie. C. de appell. glo. in l. concertationi. in versic. sciuerit, eo titulo in sexto, latè Felyn. in capitulo quo ad consultationem, numero vigesimosecundo, de re iudi. quod procedit etiã stante statuto, quòd debeat intra de-

V 2 cem

cem dies appellari à die sententiæ, quia ad huc intelligitur à die scientiæ Corn. consilio decimoseptimo, colum. quarta, libro primo, & necessarium est, quod non solum fuerit intimatum sententiam esse latam sed quòd instrumentum quoque ipsius sententiæ transmittatur Osasc. post alios relatos decis. Pedem. 142. numero 36. habebant enim homines Castellatiæ interesse in causa, & erant litis consortes, vt ex sententia met colligitur, ideo ei quoque intimari debuit: quinimmò etiam si fuissent tertij adhuc eis nocere non posset, si non esset intimata, vt tradit Cephal. consilio 242. nu-
218 mero 56. & † profectò, vbi de subiectione agitur, defensio çqualiter spectat ad ipsum superiorem, & eius subiectos: idcircò sicut sententia lata contra subiectum superiori etiam scienti, & patienti non præiudicat Abb. in cap. cum super colum. sexta, de re iud. & ibi Felyn. numero 12. attestans de communi Natt. consilio 672. numero 43. ita non præiudicat vbi est lata inter superiorem, & alium super iurisdictione ipsis subditis, etiam scientibus, quia Dominum impedire non poterant. Bald. in l. secunda, C. de libe. cau. Abb. in cap. quamuis, colum. 11. de re iudi. Bartol. in l. secunda, §. hoc interdictum, ff. de liber. exhib.

Innoc.

Digitized by Google

Innoc. in cap. cum inter. de re iudi. & in capitulo cum inter de consti. Loffred. consilio decimo, num. vndecimo, adeo quòd si verum esset, quòd ea intimata fuisset Domino dicti Castri, illis non debet præiudicare per prædicta, eo maximè, cum dicti homines essent æquę principales in causa vt est videre ex actis. tradit Goffred. consilio decimo, numero 10.

219 Nec obstat dicere, quòd ex † longinquitate temporis præsumitur, quem habuisse scientiam sententiæ contra se latæ, vt tradit Aym. de antiq. tempor. parte secunda, in princ. numero 40. post Salyc. Dec. & Calde. quos allegat. quoniam contrarium tenet Bellam. consilio decimo, colum. decima, & decimatertia, præter id quòd antequam essent lapsi cētum anni, fuit obtenta alia sententia in contrarium vt inferius proximè dicetur & citra tempus antiquum præsumpta scientia non recipitur, vt in terminis decidit Card. Flor. consilio 54. in tertio dubio, quem refert. & sequitur Tiraq. de retract. Lignagier. §. 55. gloss. quarta, numero nono, volens expresse hoc casu non sufficere pręsumptam scientiam, quod videtur posse confirmari optima ratione; Nam ideo post decem dies à tempore scientiæ præsumitur pro sententia, vel

in

in iudicatum tranſacta: quia pars, quæ non appellauit, cenſetur illi acquieſcere, vt ipſe Aym. tradit ibidem, & ſic hoc operatur præſumptus conſenſus partis, ſed ſi diceremus ſufficere præſumptam ſcientiam ſolum ex longo ſeu longiſſimo tempore ad hunc effectum, vt quis præſumeretur acquieuiſſe ſentētiæ, concurrerent duo ſpecialia circa idem, nempè quòd quis præſumeretur ſcire factum alienum, & quòd actui præiudiciali præſumeretur conſentire, hoc autem eſt abſurdum, vt not. in l. prima, C. de dot. pro-
220 miſſio. immò † daretur præſumptio præſumptionis, quod non eſt admittendum, cum circa idem non poſſint conuenire duæ fictiones, ſeu pręſumptiones ad tradita per Bartol in l. is qui pro emptore, ff. de vſuc. & Aret. in l. ſciendum, colum. quinta, ff. de verborum obligat. & ſcribent. in capit. is quidem, de ſponſal. nec poteſt præſumptio concurrere cum alio ſpeciali, vt tradit Soc. in l. prima, colum. tertia, ff. de legat. primo, poſt Bartol. ibi. colum quarta, & in ſimil. terminis allego Ruin. conſilio 66. numero vigeſimo, libro tertio, vbi expreſsè decidit, quòd ad hoc vt ſcientia, & patientia alicui præiudicet, debet fieri pro-
221 batio ipſius verè, & certè, nec † ſufficit ſcientia

tia

Digitized by Google

tia præsumpta, quam diuisionem refert, & sequitur Socyn. iun. consilio 106. numero quadragesimo, libro tertio, & quòd scientia debeat probari tradit Bald. in margar. in verbo scientia. Innoc. in capitulo constitutus, de fil. presbyt. Bursat. consilio trigesimoseptimo, numero vigesimo, libro primo, facit vltra adducta ab eis, l. sæpè. ff. de re iudic. in qua agitur de sententia lata inter coniunctos, inter quos præsumitur scientia; l. octaui. ff. vnde cogna. & tamen omnes dicunt ibi scientiam esse probandam ad hoc, vt eis noceat, immò hoc in casu præsumitur ignorantia, & etiam contrarium, quòd scilicet Vniuersitas Castellatiæ non acquieuerit, cum de anno 1555. à Diacepto Commissario in contradictorio cum hominibus Sancti Sixti, obtinuerit confirmationem eorundem finium, quæ etiam nunc in esse reperiuntur vt superius deductum fuit, & tunc non cucurrerant centum anni: immò nec septuaginta & tunc iura Frontini, non fuerant quæ sita Castellariæ, vt fuit factum postea anno 1504. adeo quòd si opinio Crauet. esset vera non officeret respectu iurium Frontini, vti tertij, contra quem cessat præsumptio scientiæ etiam in antiquis, vt idem Crauet. dicit in dicta par. secunda, in princ.

numc-

Digitized by Google

numero quadragesimosecundo, post Paul. de Castren. Socyn. Alb. Felyn. & Rip. in locis ab eo relatis. tradit post Castr. Socyn. Felyn. Abb. & Rip. Menoch. de præsumpt. libro secundo, præsumpt. 68. numero decimoseptimo, quinimmò cum sententia declarat terminos, non tamen constat fuisse affixos, & propterea nec dominium, nec titulum, vt nec etiam possessionem tribuit Alexand. consilio 90. numero nono, libro secundo, Bero. consilio 62. numero vigesimosexto, libro tertio, Crauet. consilio decimo, numero quinto, Decian. consilio vigesimotertio, numero 56. libro primo, tanto magis cum homines S. Sixti non omnia loca in ea notata prætendant, & sic possessio ab illis prætensa sit diuersa ab ea, ita vt nec possessio, nec antiquitas concurrunt vt opus est, ad præsumendam executionem, vt per 917. num. 2. Mascard. de probat. conclus.

